


RAYMUNDI
LULLI
1567











5

2048




Prima Materia est Spiritus
in naturâ collocatus. Mercurius et
in nig. bebes

Secunda Materia est Sperma metallorum
in cuius centro habitat, Mr. Spiritus

Sperma dum adhuc est in forma aquae
dicitur foemina

Dum vero coagulatur dicitur Masculus

Horum conjunctio lapidem facit gravidum.



Avicenna

Sectio: 7 Cap: 4 fol 418 vrs 25
cum pannus Corchiam est remedium:
bis in die:

Deinde etiam purgata melancolia potest
frondi in alia barca (pulvis calidam)
Talis curatium potest fieri multoties

Quibus medio dicit post comestionem
posse tollere superfluitates, et est
primum media, ut manibus abstrahere
cum spatula mediate

Frondis est efficax in alia barca
ut supra est notatum

In eadem Sectione: fol 431 vrs 8.
Cum hoc satis perfrui est operando,
curando, calefaciendo, mundando, tingendo.


Distione 3 fol 440 Ver: 9

Solum aperi et claude, et claude et aperi, Hoc est, liquefac et coagula lapidem, post purificationem a modo abigne, et iterum liquefac coagula, et non dissolve et Claude, hoc [illegible] amorum

In eadem Distione fol 443.

Et totum ostendit quod Capilli sunt lapis, et cum quo fermento misceri [illegible] multa [illegible].

Ergo si cum plumbo sapiverit ad plumbum, nisi ad suum fermentum solum.



Doctrina cuiusdam incerti authoris compendium.

In primo capite docet esse naturam unam veracem, et integram, in qua Deus spiritum quendam inclusit, ita ut ea mediante Deus omnia operetur. Deinde affirmat quatuor esse qualitates in illa sive elementa, sic ut in elementatis altera alteram superet: nec esse nam visibilem licet in visibilibus operetur. Hic etiam spiritus, fugitivus existens in illis, expressionem exquiritur prout vult divina voluntas: nec est in aliis locis quaerendus quam in illis ubi deus voluit et vult, ut existat, sine quo nullus coniunctura corpora cum corporibus iungere potest

Pandit etiam quod praefata metalla meliorari possint, tam diu donec ad summam perfectionem deveniri possit

In Secundo capite proponit, matricem sibi
propriam sibi generasse sperma in similitudine
videlicet Vitelli ovorum: quae scilicet matrix
licet Unica sit: tamen distinctas res profe-
rens sive semine suo sive Spermate suo
generat: Sic naturaliter operans non
quicquam quid operari potest absque hoc
spermate in matrice existente.


Quod autem intelligatur quid sit Sperma
matricis: In Vegetabilibus semen habetur ad
exemplum: quod si proiiciatur in matricem suam
hoc est in terram, fit corruptio, et germinat
et quod deinde mille grana generat

Sic etiam in animalibus: si Sperma vel
Semen Viri proiiciatur in matricem, generat
ibi embrio

In mineralibus quoque si quis habet, si semen,
hoc est Sperma in grano auri in chymicum
proiiciatur in matricem suam, hoc est in artem
nostram, tunc inde generatur lapis perfectum

Hoc pandet quomodo generet sperma
matrice, et dicit quod quatuor illa elementa
continuo operantes, quilibet eorum generati
spermatis sui decoquunt usque ad terram
centralem prefixam, ubi in unum collecta
digerunt mediante Archeo naturae servus:
qui officium perficit, sive more digestum
spermatis sursum propellit usque ad terrae
superficiem; et alligat exemplum de semi-
ne viri in matrice proiecto, dum matrix
non plus quam sibi sufficit, retinet, reliqua
superfluitate, Sic et Centrum terrae super-
fluum eicit, et non modo Centrum terrae,
verum etiam omnium et aliorum naturalium
subtile illud Sperma seu Vapor est
subtilissimum ut si rationes legum magis
fortium, non amplius retinet quam quod
sibi sufficit, reliquum exspirat quo
non herbam vel metalla sive lapides
progenerat: Omnia enim pro Centri
fonte diverso origine discernit.

Et licet ad quod ascendit a lumbis Veneris
et ... est tamen diversa generatio et
illa: sed hoc facit sibi subiectum quod
appropriat, si loco puro, purum generat
si impuro impurum, ita ut quot sint formae
tot sunt diversitates:
Exemplum pono: Si in medio Mensae
collocetur amphora aquae plena, in cuius
circuitu diversi [illegible] ponantur tunc si
aqua effundatur attingatque [illegible] illos diversi
coloris [illegible] affectus, [illegible] colores suscipit
aqua, [illegible] et [illegible] naturae
Si itaque hoc naturae sperma [illegible] est
in [illegible], potest inde generari, aut
Equus aut [illegible] aut [illegible] aut [illegible]
tullum, sed [illegible] alicui formarum
tunc illa forma [illegible] generata [illegible]



RAYMVNDI LVLLI DOCTISSIMI ET CELEBERRIMI PHILOSOPHI DE SECRETIS NATVRAE, SEV

de Quinta essentia liber vnus, in tres distinctiones diuisus, omnibus iam partibus absolutus.

ADIECTA EST EIVSDEM EPISTOLA ad Regem Robertum de Accurtatione lapidis Philosophorum: cui adiunctus est tractatus de aquis ex scriptis Raymundi super Accurtationis epistolam ab Artis studioso collectus.


Joanis Gregorij Mauij Philosophi et Medici 1569.



Franc. Eusebij Comitis de Ötting. 1650

· COLONIAE ·
Apud Ioannem Birckmannum
Anno D. M. LXVII.
Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

Athanor: tripes arcanorum: furnus Philosophorum.



AD ALCHYMIAE STVDIOSVM.



Edimus omnem operam, Studiose veritatis, vt librũ hunc de Quinta eßentia emendatum atque integrum haberes. Quantum verò ea in re præstiterimus, facile iudicabis, si nostram editionem cum priore contuleris. Quidquid in ea vitiosum erat, hîc correctum est: quidquid in ea erat omißum, hîc additum est, ita, vt iam planè nihil desideretur. Neque est, quod hîc quidquam de libri vtilitate dicamus, quæ quanta sit, facillimè ex illius lectione patebit. Adiunximus eiusdem Raymundi epistolam Accurtationis, qua nihil ad Alchymiæ studiũ vtilius addi potuit. Adiecimus etiam tractatum de aquis summa diligẽtia ab Artis studioso paßim ex scriptis Raymundi collectum, quo quidquid est scitu dignũ super Accurtationis epistolam comprehensum est. Accipe igitur grato animo nostram operam, veritatis Studiose, & qua decet nos beneuolentia prosequere, ac vale. Coloniæ V. Kal. Decemb.

Anno à Ch. N. M. D.

LXVI.

INDEX LOCORVM ET CAPITVM, QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

A

Aperitiuæ res quæ sint 85

de Alteratiõe & cura metallorũ & de magisterio in cõpositione eorum & medicina 149

de Applicatione quintæ essentiæ ad corpora humana 112 & 113

de Arbore philosophali cũ declaratione literarum 195

Attractiuæ res quæ sint 76

C

de Calcinatione metallorum 3

de Calidis in primo gradu 39. in secundo gradu 40. in tertio gradu 42 in quarto gradu 43

in Chirurgiæ curis doctrina generalis 143

Confortantes res corpus nostrum quæ sint 94

Constringentes res ventrem & sanguinem quæ sint 77

Corrosiuæ res quæ sint 83

Cura contra humores infectos corporis nostri, & cõtra calefactiones, prurigines, & pediculos 132

Cura contra illos qui timorẽ habent & inconstantiam, & contra debilitatem post infirmitatem & ad reparationem audaciæ & fortitudinis plus quàm per naturam possit habere 129

Cura contra quartanam 134 contra tertianam 134 contra quotidianas febres 135 contra omnes continuas febres 136

con-

contra febres pestilentiales 138

D

de Dæmoniacorū, melancholicorum, & omnium morborum caducorum cura perfecta 124

E

Elementa quatuor quomodo extrahēda sint ab omnibus rebus 31

Essentia quinta quomodo ab Artista cognosci possit 26

Essentia quinta quomodo extrahenda sit ab omnibus plantis 29

Essentia quinta seu vegetabilis Mercurius quomodo haberi possit sine magnis expensis 27

de Extractione quintæ essentiæ à plantis, & primò à vino 23

de Extractione quintæ essentiæ theorica 15

Exuberationis aquæ extractæ à terra modus 255

F

de Figura prima quæ est de mixtione principiorum arboris philosophalis tantùm 281 de secunda 285 de tertia 295

de Frigidis in primo gradu 47 in secundo gradu 48 in tertio gradu 49 in quarto gradu 50

H

de Humidis in secundo gradu 44 in tertio gradu 45 in quarto gradu 46

Humores purgantes res quæ 77

I

de Incerationis salis vel sulfuris cum oleo modus 262

de Indiuiduis declaratio 270

Indiuiduorum figura 272

Indiuiduorum tabulæ 273

Induratiuæ res quæ sint 81

Iuuentus pristina quomodo re-

do restauretur 114

L

Lapidum omniũ compositio concordat in induratione, fixatione, & vmbra solis, & ignis cõmuni decoctiõe, sed in quãtitate ignis & aliarum rerum 14

Laxatiuæ medicinæ qualiter administrari debent 140

de Leprosorum cura scientia 120

de Liquefactione quæ fit cum lunaria 258

M

Mercurius ex quibus eliciatur 274

Mollificatiuæ res quæ sint 82

Morbi omnes à capite vsque ad pedes in generali quomodo curentur 115

Mordificantiũ scientia 93

Mortui, hoc est, illi de quibus vltimatè desperatur, quomodo suscitentur 118

Mundificatiuarũ medicinarum scientia 88

O

Oleum aut alterius qualiter fit, & primò de prima liquefactione 257

P

ad Paralysim curandam scientia 121

Podagra & omne genus guttæ quomodo curari possit 141

de Possibilitate quintæ essentiæ in genere 4

Practica arboris philosophalis 217

Practica operis minoris 225 & deinceps

Primæ tabulæ intra figurã S declaratio 229 secũdæ 233 tertiæ 235 quartæ 236 quintæ 238 sextæ 240

de Primo principio figuræ S 197 de secũdo 198 de tertio 199 de quarto 200 de quin-

quinto 201 de sexto 202 de septimo 203 de octauo 204 de nono 204 de decimo 205 de vndecimo 206 de duodecimo 207 de decimotertio 209 de decimoquarto 209 de decimo quinto 210 de decimo sexto 212 de decimo septimo 214 de decimo octauo 215

de Primo principio radicis arboris 156 de secundo 158 de tertio 160 de quarto 162 de quinto 167 de sexto 170 de septimo 171 de octauo 172 de nono 173 de decimo 176 de vndecimo 180 de duodecimo 184 de decimotertio 186 de decimoquarto 188 de decimoquinto 189 de decimosexto 191 de decimoseptimo 193

de Principiorum huius artis commixtione 280

Principiorũ pluralitas vtrum sit necessaria in L 300

Q

Quæstiões abstractæ ab arbore philosophali 239

Quæstiones abstractæ à figura de S 343

Quæstiones figuræ quadrangularis 336

de Qualitatibus appropriatis in generali 56

Quinta essentia quomodo haberi possit de mineralibus 96 de diuisione illarum in generali 99 & deinceps

R

Reductionis aquæ exuberatæ aut mẽstrui super corpus suum modus 256

Reductionis humiditatis arg. viui vel menstrui super terrã suã modus 260

Reductiõis modus in aquã clarã, quæ dicitur oleum 261

Rerum diaforeticarũ scientia 90

Rerum quæ attenuãt scientia 88

Rerum

Rerum quæ incidũt scientia 90
Rerum quæ obdormire faciunt scientia 92
Rerum scientia quæ maturant apostema 83
Res repercußiuæ quæ 91

S

Sciatica quomodo curari poßit 140
Scientia ad extrahendam quintam eßentiam rerũ omniũ ad applicandum corporibus humanis 37
de Siccis in primo gradu 52 in secũdo gradu 53 in tertio gradu 54 in quarto gradu 55
de Solutione corporũ 252
Somnij impedimẽta quomodo euitentur 114
de Spasini vera cura 139

T

Tabularũ intra & extra figurã S declaratio 228
de Tabulis abstractis ab arbore philosophali, et à figura indiuiduorũ 263 de prima 264 de secunda 265 de tertiæ tabulæ practica 267
de Tabulis abstractis à figura S, quæ sunt extra 250
Terra qualiter magis subtiliatur 254
Theorica de declaratione principiorũ figuræ S 197

V

de Veneno infectis in potu vel alio modo curandis 134
Veneno repugnantes res quæ 95

FINIS INDICIS.

RAYMVNDI LVLLI DOCTISSIMI ET CELEBERRIMI PHILOSOPHI DE SECRETIS NATVRAE, seu de Quinta essentia, Liber vnus.

PRAEFATIO.



Eus gloriose, cum tuæ sublimis bonitatis ac infinitæ potestatis virtute, incipit liber secretorũ naturæ, seu quintæ eßentiæ, qui doctrinã dat eius extractiõis et applicationis ad corpora humana, ad opera terribilia totius artis medicinæ procuranda, et via philosophica finienda, qua occultata, et vera medicina occultatur, & etiam metallorum transmutatio obstruitur: & reserata, quælibet earum reseratur, quæ quidem est imago omnium librorum super his tractantium, quæ Deus gloriosus

A exhibuit nobis, vt corpus nostrum à corruptibilitate quantum foret poßibile per naturam vsque ad terminum nobis constitutum à Deo, & vt etiam ipsa metalla imperfecta in perfectum aurum & ar-
B gentum transmutentur. Et quoniam desiderium meum est, vt Artistæ huius artis Deum contemplantes per bona opera, potius Deum intelligant, recolant, & ament, pauperibus, viduis, orphanis ma-
C le habentibus, sine precio magno vel minori succurrendo, & huiusmodi opera faciendo, vt non simus similes illi, qui Domini talentum abscondidit, et ad finem sibi commißum nō exhibuit, vt ait Matthæ-
D us 26 capitulo. Confides enim in illo, qui inquit ad Moysen, Ero in ore tuo, vt te doceam quid loquaris, hoc secretißimū secretorū acranorum arcanū, vobis viris Euangelicis duximus declarandū, diuina virtute inspirante, & ipsius infinita bonitate

te iuuante, modicam de ipsis principijs & regulis, ac de ipsius naturæ discursu facientes mentionem. Iam enim de omnibus istis satis plenè tractauimus in placēti visione, solùm enim principaliter nō curamus nisi de eius placito & cognitionis applicationis cōmodo, cuius ratiōe præsentis libri exordiū incipimus ad ipsum summè metuendum, diligendum, recolendum & amandum. A B

At liber iste diuiditur in tres partes, vel distinctiones. In prima verò parte ponimus intentionem & cognitionem eßentiæ quintæ, & extractionem eius à quibuscunque rebus elementatis. In secunda parte ponimus modum practicandi & applicandi eam ad corpora humana. In tertia verô parte, damus modum practicandi cum ipsa in metallorum corporibus, scilicet, in eorum transmutatione in aurum & argentum. C D

A *Item in prima distinctione duo facimus. Primo recitamus poßibilitatem quintæ essentiæ in genere. Secundo vero facimus quod prius dictum est. Et quia sacra scriptura est vnum de mẽbris theologicis, ideo in primis duabus distinctioni-*
B *bus ipsam ponemus, & in distinctione tertia verba philosophica adiungemus.*

DISTINCTIO PRIMA, DE POSSIBILITATE QVINTÆ ESSENTIÆ IN GENERE.

C

ORdimur namque tibi fili, quòd necesse est tibi scire & intelligere proxima philosophorum principia, à
D quibus petita ratio accipit radicalitatem immediatè, & ex quibus immediatè Artista sua propria condiat instrumenta, & iam sic fit quod per huius libri processum aliqualiter consistit declaratum. Tamen in hoc capitulo in summa vna breui enucleare proponimus, & dicimus, quòd principaliter tria sunt

sunt principia, cum quorũ cognitione Artista huius artis operatur hoc quod vult, tam in medicina, quàm in Alchymia metallica & lapidifica ad cõponendum hoc quod vult, sine hoc quod natura elongetur. Primum nanq; principium est materia, quam Artistam huius operis oportet cognoscere, per quod quidẽ medicina vel lapis accipit substantiale esse, quia si materia est talis sicut postulat natura, erit formæ acceptabilis, quæ per impreßionis defectum elongari minimè potest, quando quippe virtus ibi operatur, quod est medium principale inter dictam materiam & alteras essentias, sicut tibi per processum huius libri dicemus. Secundum verò principiũ est simplex valde respectu primi, cùm sit primi medium, per quod quidem primum immediatè habet perfectionari. Tertium verò principium est essentiæ quintæ, à quibus virtutes septem dependent, operatiuę, informatiuę in quintis essentiis in inferioribus materialibus, quæ sunt mediatæ. Primum namque principium seu materia primi principij, sunt argentum viuum cum omnibus metallis suis alterabilibus in illa alt̃atione quam in distinctione tertia reuelabimus. Itẽ principiũ secũdum, vel illius materiæ sunt lymphæ subtiles, in quibus resoluuntur limositates primi

A principij in substantia mediocri & subtili materia, in qua verę minerales virtutes quiescũt. Quippe materia tertij principij est nimium essentialis existentibus, virtutibus stellarum fixarum & non fixarum & earum aspectibus: & istæ per quotidianas influentias infunduntur in materia appropriata cum arte secundi prin-
B cipij, quæ immediatè quiescit in virtute minerali tam in herbis & animalibus quàm in metallis. Causat igitur secundum principium, & est conueniens receptibile tertij, & omnium suarum virtutum descendentium à cœlo, quę sunt omnis rei generatæ perfectio & forma, si-
C cut liquidè videtur per inhęrentia principia. Quod verò generat materialiter à primo vnde exit virtus mineralis, quæ est essentia quinta elementalis, quæ est materia simplex, & hæc verè perfectionatur in accipiẽdo formam per essentiam quintam cœlestem, quamque in ipsa influat & imprimat. Igitur hæc virtus me-
D dia grauida à virtute acuta artificialiter per materialem refluentiam perfectionalem cum suis virtutibus, primi principij materiam ponit in esse perfecto, per virtutem mediam mineralem, quæ est communis res lapidibus, & medicinis, & metallis, sicut plenè tractauimus in nostro Testamento modo generali in parte prima in capitulo quod incipit,

Nunc

Nunc fili mi obiectare poteris, &c. Referi- A
mus nanque tibi o fili mi, quòd mineralis
virtus ſit communis lapidibus, metallis &
plantis. Omnis enim differentia quam acci-
pit vna ab altera, ipſa mouetur ab informati-
one, quæ adminiſtratur ei diuerſimodè,
quia vna informatione indiget dicta virtus
in metallorum creatione, aut in generatione B
& eorum tranſmutatione in elixir, quæ qui
dem tranſmutatio, & informatio accipitur
per gubernationem caloris extrinſeci, qui
mouet mineralem virtutem informatiuam,
quærendo motum ſecundum cognitam
intentionem operarij naturalis, ſicut decla-
rauimus in Teſtamento, & inferius declara- C
bitur in tertia diſtinctione.

Præterea ſumus de intentione vt breuiter
tractemus ſuper Teſtamentum & Codi-
cillum, requiſiti per dominum Regem
Robertum illuſtrem. Item reliqua veò
intentio formationis, qua dicta virtus D
mineralis indiget ad intentionem tranſ-
mutandi metallorum materiam in lapi-
des precioſos, fit cùm magis lento ca-
lore extrinſeco, & cum motu tardio-
ri, qui formatur tam per calorem ob-
reſtem, quàm per communem coniun-

ctæ & diuersæ, sicut declaratum in nostro Lapidario existit.

Item reliqua verò formatio, qua dicta virtus indiget ad compositionem medicinæ, fit cum maiori calore, & cum repentino motu.

Item fili mi ignorare non habes virtutē, quę causatur, quare causatur per dictorum trium principiorum coniunctionem, & eorum deriuationem, cuius verò cognitio habetur per effectum principalem, qui venit à quantitate, & à qualitate distinctè, & etiam à motu cœli & stellarum, & rerum generabilium & corruptibilium motarum, & per eam informatarum. Non verò dicimus quòd sit opus Artistę operari cum figuris & cœli imaginibus per cognitionem suorum motuum, sicut quamplures philosophi asserunt. Sed sufficit tibi habere cognitionem per influentiam caloris cœlestis informati per figuram cœli & stellarum, quorum ratione infunduntur virtutes in materia aptè appropriata, & illam recipit per naturalem Artistæ industriam cum resolutione quæ fit per artem naturæ similiter. Quæ verò mutat duram materiam ad principium naturæ sui ad finem, quòd sit apta ad generationem ad recipiendum virtutes in aquis infusas fortium mineraliū virtutum, sicuti ipsam & accipit & recipit virtutem informatiuam embry-

embryonis. Et in isto passu philosophi fuerũt illusi ad illorum reprehensionem, qui cognouerunt, quomodo cœlestis virtus sit nimis communis omni elemẽtatæ naturæ, sua enim magna nobilitate omni tempore determinationem accipit, quoniam in rebus mixtis influitur tantum per artem sicut per naturam, & hoc quippe fit ratione virtutum naturalium, quæ sunt sibi subiectum & proprium retinaculum tali modo, quòd secundum proprietates materiæ, & eius speciem propriè recipiet eiusmodi virtutem, quod post talia condit per naturam, quæ pro miraculo reputantur.

Item notet quilibet Artista, quòd natura operari nõ potest nisi ad minimarum successionem, nec etiam potest recipere aliquas virtutes nisi successione suæ operationis, nec etiam possunt simul, nec constellationes possunt sufferre alicuius temporalis stationem punctuarij in certa virtute, quæ confestim non diuersificetur, etiam dato quòd posset. Tempus quidem constellationis est ita minimum ratione circulorum reuolutionis, quod antè transit de vna virtute in alteram. Cur quippe non sine cognitione suorum motuũ, in qualitate & quantitate, imo per artem succurrimus ad accipendum & venandum virtutes

iam dictas cœlestes, cùm sint communes omnibus rebus inferioribus: & illas quoque includimus in aquis grauidis ex virtutibus mineralibus ad hunc finem, quòd in tempore modico possimus exhibere multas virtutes, & infigere in hoc quòd elixir, vel medicina humana, vel lapis preciosus venit ad terminum: & cùm dicta virtus communis quæ antea fuit atque deuenit de cœlo per cursum naturæ in materia prima, admisit de sua propria virtute in multiplicatione luminaris terrestris vaporabiliter sublimati cum ingenio artificiali: cum igne & diminutione ipsa per virtutem pòst instinctu naturali attractiuo virtualiter recipiet reliquas potentias terribiles, quibus impletur causa inuacua: & ingrediuntur per influentiam penetratiuam subtilem in alijs potentijs, in spirituali materia subtiliata in simpliciate per ingenium naturæ, & artis restaurativæ.

Item intellige, quòd ista attractio virtutum simplicium sit simul virtutibus materialibus, quia ex eo operamur in locis materialibus nullo possunt tempore attrahere nisi concordantes materias, & similes in materiali natura. Sed in tantum in quantum operamur, & simpliciter in descensu cum impressio-

impreſsione, & virtutis influentia in dictis materijs, deſcendedo iam ſic quòd non ſit in tantum diuiſa & hoc per magnam & potentem ſubtilitatem realium entium cœli & planetarum. Per quam verò accipiant generalem virtutem & communitatem in natura inferiori vſquequaque influente & in determinata materia. Tunc verò accipiunt certam determinationem per cauſam conſiderationis, quæ accipitur per materialia, quæ retinent illas ſicut ſpiritus animæ. Et tunc ſequendo virtutem ſui generis ſecundum meritum materiæ, in qua influuntur. Et propter hoc baſiliſcus interficit, & fulgur numos liquefacit ſine burſæ lęſione: totum autem hoc non eſt, niſi quintæ eſſentiæ congregatæ & receptæ in vnum iam natæ in ſimplici materia elementorum, ſecundum quod materia vnius elementorum dominatur ſuper alterum: ſecundum quod coadunatur per virtutes iam dictas operatiuas cum eſſentijs quintis elementorũ in certa & propria determinatiõe poteſtatis, vt patet in baſiliſco & fulgure, quib9 virtus eſt altioris elemẽti ſimplicisſimi in materia ſimplici, in quibus dictę ſex virtutes infundũtur, & ideo interficiũt ſubito etiã medicinę cõpoſitę in ſubtili & proportionata materia dictis

virtutibus in inſtanti vel quaſi mutant corpora humana, vel metallica, & hoc ratione ſupradicta probatur. Sed ſuper baſiliſci naturam multi philoſophorum conſiderauerunt in metallis operari cum materiæ ſubtiliatione, & penetratione & retentione, & inſpiſſatione dictæ eſſentiæ quintæ intus in materia metalli, vt ex ipſa fiat elixir, quæ vera fuit in hoc. &c.

Verùm tamen fili mi triplicem conſiderationem in principio ſecundi habemus. Primo in medicina humana.

Secundo in metallorum tranſmutatione. Tertio in lapidibus pretioſis.

In primo enim non conſideramus niſi aquas aereas, in duobus vero vltimis aereas & terreas. Conſideramus tamen ſpecifico modo, vt patet per eorum libros, ſcilicet Lapidarium & Teſtamentum & Codicillum, vt infrà videbitur in tertia diſtinctione, quia vnius ſunt naturæ, quæ in terra mittuntur, & alterius quæ ad aerem ponuntur. Quę vero in terra mittuntur, habent virtutem fixatiuam & coagulatiuam. Et aquæ aereę habent poteſtatem indurari & coagulari, ita in elixir ſicut in lapides precioſos, ſecundum quod proportionatur materia vel ad elixir vel ad lapides iam dictos & quoad indurandum, fixandum vel coa-

coagulandum, indigent forti virtute minerali sine aliqua ignitione multiplicata per cœlestes virtutes, quæ habent virtutem constrictiuam & imitantur proprietatem materiæ & loci, ideo ponuntur & inhumantur in loco terrestri, quia nullius alterius elementi locus ita competit. Per experientiam enim videmus, quòd radij corporum cœlestium non ita vniformiter congregantur sicut fit in terra. Tanta est igitur virtus radiorum corporũ cœlestium, qui influunt in terram, quòd per vim ipsa tantum rerum terribilium est productiua, quod narrari non potest, propter hoc quod est receptiuum, constrictiuum, firmatiuum, generale omnium illorum vniformiter in figuris, & formis diuersis subtilibus cum informatiuo adiutorio, quod sol eis dat virtute suæ circulationis & sui motus, quod est principale informatiuum immediatè totius naturæ inferioris, quæ in partes tres diuiditur principales, scilicet animalem, vegetabilem, & mineralem, sicut declarauimus in pluribus libris, & potissimè in libro de Intentione Alchymistarum & Codicillo.

Et propter hoc cùm terra sit locus, in quo radij omnes stellarum influunt virtutes proprias, & in quo cogantur, per quos influunt in ipsa proprias virtutes operatiuas, & viuificatiuas.

catiuas, ſicut ſuarum ſphærarum centrum & retinaculum principale ſuarum virtutum in curia ſcita cum omnibus ſuis partibus, & iam pars illa, quæ mortua eſt ad vitam reuertitur per partes coniunctiuas cum cœleſti virtute & eius ſpiritus. Et quidem plus etiam dicimus quòd quomodo aquæ noſtræ in terram ponuntur, ſicut tibi dicimus, ipſæ trahunt ſuis proprijs virtutibus vires terræ, quas verò accepit à cœlo cum ſua virtute propria plus de duobus archi proiectionibus, ſicut ferrum trahitur per adamantem, & hic retinetur, quia proprietas cœleſtis eſt virtutis, quòd quanto deſcendit in terreſtri elemento, tanto creſcit per terram per ſpiritum increſcendi, & per ſpiritum per condenſationem vſque inuenitur primum in retinendo cum ſpiſſatione, cùm hoc certum ſit, quòd nullum terreſtre corpus exiſtens in ſua ſolidatione, propriè non eſt aptum ad recipiendum virtutem, nec illam retinere, ſicut refert donec quod in medio eſſentiali, quod eſt ſpiritus, qui eſt ſubiectum animæ & à corpore primo acciperet taliter quod diſſoluatur.

Poſtea trahatur ſpiritus eius à ventre eius, quoniam ita poſtulat ratio naturæ, & propter hoc tamen per nos per artificium ſimile

naturæ

naturæ materia propria & altiſsimo ſpiritu, in quibus virtutibus habent retinaculum corporis in ſpiritu per reſolutionem trahuntur & apprehenduntur cum noſtro ſpiritu, qui intus eſt in vitro, & inhumato in terra cum ſuo proprio appetitu cum condenſatione, & cum tali ſpiritu congelamus argentum viuum vulgi inprobatum argentum tam bonum, ſicut de minera ſine attendendo ignis calorem, qui dicitur communis ſicut declarauimus in libro, qui dicitur, Experimentorum, qui liber eſt principalis, & clauis omnium librorum, quouſque ad iſtum compoſuimus in hac arte. Intellige igitur fili mi, quid poteſt ipſe facere cum ſua conſtrictione in alijs materiis, cùm ſine igne nobilificat argentum viuum, quod eſt communis & rudis ſubſtantiæ per tranſgreſſum eius per medium ratione medii naturalis. Et cum hoc ſufficit tibi modus generalis, aquarum tam vegetabilium quàm mineralium ad medicinam humanam & lapidem philoſophorum, & lapides precioſos, & hæc eſt regula generalis.

Theorica de extractione eſſentiæ quintæ.

Dicto

DIcto de intentione & consideratione quintæ essentiæ rerum, nunc dicendum est de eius extractione. Et primo à quinta essentia vini incipiamus, cùm ipsa sit virtus, per quam omnis huius libri adimpletur operatio. Hoc est, in quo omnes laborauerunt inquirentes rem creatam aptam ad finem, qui principaliter poßit humanum corpus à corruptibilitate & à putrefactiõe & diminutione seruare, quia hoc est quod omnes naturaliter affectant, nunquam mori.

Secundariò, vt magisterium transmutationis metallorum & lapidum sit secundum rei veritatem reuelatum, cùm in quinta essentia vini consistat totum. Nam vt ait Paulus de homine dicens in epistola ad Corinthios: Nam quid sumus in tabernaculis nostris nisi iugũ miseriarum? s. ex infirmitatibus, eo quòd volumus exspoliari, & esse cum Christo. hęc Paulus. Quoniam pauci philosophi peruenerunt ad notitiam rei talis & eiusdem, & ratio huius est, quia medici & philosophi nostri temporis nihil faciunt nisi pecuniæ desiderio, & ad finem honoris, quare Deus nequaquam vult hoc illis conferre, cùm sibi sint contrarij per auaritiam & largitatem. Sed inquit noster philophus & veridicus Paulus ad Hebræos capitulo quarto in fine: Constitutum est hominẽ semel

ſemel mori. Sequitur, quòd fantaſticum eſt quęrere rem ad corporis hominis perpetuationem: maximè, quia Geneſis capite ſecũdo inquit Deus: Ne fortè Adam mittat manum ſuam & comedat de ligni vitæ fructu, & viuat in æternum. Emiſit igitur Deus ipſum de paradiſo &c. Et ſubdit: Et collocauit Deus Cherubim, flammeum gladium atq; verſatilem habens in cuſtodiam ligni vitæ. Eſſet igitur fantaſticum affirmare, quòd Deus daret ei rem, vt perpetuaretur extra paradiſum, quod prohibitũ ipſi extitit. Hoc autem fili mi ex ſacro textu ineffabiliter teneamus, quòd Deus vnicuique terminum vitę pręſtituit, qui nullo ingenio humano pertranſiri poteſt, vel quocunq; eius ſubſidio, Iob dicente: Breues dies hominis ſunt, & numerus illorum apud te eſt. Poſuiſti terminos eius, qui præteriri nõ poterunt. Ergo quærere ſubſidium ad vitæ terminum prolongandum fantaſticum eſt & inane. Reſtat igitur rem quærere, quæ citra terminũ vitæ noſtræ poſſit corpus noſtrum à putrefactione ſeruare, & infirmum curare, & deperditum reſtau-

rare, donec veniat vltimata mors in termino præfixo ab altissimo creatore Deo. Ratio namq; naturalis nobis demõstrat, quòd corpus hominis nõ potest per rem minus corruptibilem à corruptibilitate conseruari, aut ab infirmitate sanari, quàm per rem magis corruptibilẽ, cùm corruptibilitas, & etiã defectus & perfectio cõtrarientur, nã vno simili addito sibi simili, facit magis simile. Nulla igitur res, quę ad nõ esse habeat inclinationem, conseruari potest per cõsimilem rem. Sed quærenda namq; est res, quæ ad se habeat inclinationem, vnde quanto magis res inclinationem habet ad esse, tãto minus habet in se de cõtrarietate & corruptione. Sed nulla talis medicina multis reuelata est, in qua sit tanta perfectio appetitus ad esse, quod quasi miraculose effectũ faciat mirabilem in humanis corporibus, quod reputatum quasi ad miraculum. Sed nulla medicina de mundo hoc poterit nisi nostrum menstruum vegetabile cœleste animal, quod dicitur quinta essentia: nam carnes à corruptione conseruat, elementatiua cõfortat, iuuentus

tus pristina per ipsam restauratur, spiritum viuificat, crudum digerit, rarum indurat, induratum rarificat, macrum impinguat, pingue debilitat, inflammatum infrigidat, infrigidatum inflammat, humidum desiccat, siccum humectat quoquo modo, vna & eadem res contrarias potest operationes, solus actus vnius rei diuersificatur secundum naturam recipientis, sicut calor solis, qui contrarias operationes habet, quia lutum desiccat, & cerã liquefacit. Actus tamen solis vnus est in se, neque quantum in se contrariatur. Item fili mi dictum fuit suprà, quòd spiritus iste in subtili materia eleuatus, appetitũ habet ad hanc complexionem, vel ad illam, quę per philosophos prima materia esse rerum asseritur. Namque sicut forma vniuersalis habet appetitum ad omnem formam, sic quinta essentia ad quamcunque complexionem, ex quo euidenter patet, quòd quinta rerum essentia illius dicitur esse complexionis cui adiungitur, sicut si calidis adiunguntur calida, fit in eodẽ gradu & fortiori propter subtilem

materiam, in qua sua forma, & actus eleuari sunt, cum quibus ita operatur, sicut basiliscus & fulgur, de quibus suprà diximus. Hanc verò naturam aliqui dixerunt non esse calidam, neque humidam, nec frigidam, nec siccam, ex eo quia de sui natura cum omnibus cõcordantiam habet: qui verò in hoc errauerunt, contra quos nos formamus hanc rationẽ: Omne quod est, aut est intellectuale, aut sensuale, sed quinta essentia natura est, ergo &c. Non est intellectuale, cùm in rebus vegetabilibus non sit intellectuale, nec in mineralibus, est igitur sensuale. Sensuale verò omne est cõpositum ex quatuor elementis, & quia compositum ex quatuor elementis, oportet quòd in quolibet elemẽto elemẽta sint actu, aliàs enim elemẽtata nõ erunt composita, nisi ex accidentibus elementorum, & sic indiuidua erunt accidentia & non substantia, aut erunt composita ex alia substantia, præterquam elementorum, quod est impossibile. Preterea esset possibile, quòd actus alicuius accidentis inseparabilis esset sine subiecto proprio in aliquo indiuiduo, sicut caliditas ignis,
quæ

quæ in indiuiduis impoſsibile eſt exiſtere ſine proprio ſubiecto ſuo, & hoc eſt impoſsibile. Eſt igitur quinta eſſentia compoſita ex quatuor elementis, & in ipſa ſunt actualiter omnia elementa cum omnibus ſuis actibus. Sed omnia in ipſa ſunt aggregata in tam ſubtili materia, & in forma tam ſubtili, & tam ſimplicitati ꝓpinqua reſpectiuo modo, ſicut in oculo baſiliſci, vt per experientiã patet in curatione morborum, & in metallorũ tranſmutatione, & in precioſorum lapidũ confectione. Non autem fili mi intelligas ſolùm de vna ſpecifica nos hoc dixiſſe, ſed in generali de quibuſcunque quinque eſſentijs, iuxta ſuum modum & operationẽ. Hanc verò naturam Philoſophi fili mi vocauerunt cœlum, quoniã ſicut cœlum influit in nobis aliquando calorem, aliquando humiditatem, &c. ſic quinta eſſentia in corporibus humanis ad Artiſtæ placitũ. Et quidam naturam iſtam ad vnum contractam dixerunt menſtruum, quia menſtrui proprietatem retinet, vt in libro tertio dicemus. Scimus namque iſtam naturam modernis eſſe occultam, & ipſos penitùs

nitùs de eius veritate nihil perpendere. Huic verò cœlo applicamus ſtellas ſuas, quæ ſunt plantæ, lapides, & metalla, vt communibus omnibus in nobis vitã & ſalutem. Fili mi hanc naturam princeps medicorũ Hippocrates ſcire medicis pręmiſit dicens in prognoſticis: Eſt etiam quoddam cœleſte, quod ipſum medicum præuidere oportet, cuius ſi tanta ſit prudentia, ſit admirabilius nimiumque ſtupendum. nonne illius eſt vt fieri rerum periculum omnino prohibeat, aut ſalutẽ competenti adminiculo tolerabilius faciat? quaſi dicat, quòd ſic. Certè fili mi, verum dixit Hippocrates, quia futurũ periculum euitari poteſt à corporibus, ex eo quia omnem incorruptibilitatem, ex qua infirmitas prouenire poteſt, expellit, & humores inæquatos æquat. Aut poſtquã infirmitatem proſpexerit, cõpetenti adminiculo adminiſtrato tolerabilius facit, quia infirmum liberat Deus. Præterea fili mi, admirabilis eſt ſapientia magiſtri hanc naturam cognoſcentis, quia cum hac natura talia opera in medicina condit quòd videatur miracula facere. Gale-
nus

nus enim veritatem huius narrare noluit, quia ipse dixit, aeris dispositionem nos continentis, vt videtur in glosa prognosticæ. His etiã modernis reuelata est hæc natura per Ioannem Damascenum in libro de simplicibus medicinis in principio dicentem: Nulla est causa quærenda nisi à cœlo, sed à quo cœlo assignare noluit. Sed solùm tibi fili hoc est per nos reuelatum, vt Deum intelligas, ames & recolas, & sis memor finis tui, omnia ad honorem & laudem Dei applicando.

HAEC EST PARS SEcunda primæ distinctionis primi libri, quæ docet trahere quintam essentiam à plantis, & primò à vino, vnde incipit Canon primus, qui intellectum regulat in hac operatione.

NOn reputes nos mendaciũ dixisse in hoc, quod de quinta essentia premisimus. Quare fili scias, quòd nullus

modernorum ſciuit, nec ad eius peruenit notitiam, nec vidimus in diebus noſtris, quòd quis intelligeret de hoc quicquam, ſcilicet de ſecreto & magiſterio eius. Igitur in nomine domini noſtri Ieſu Christi, Accipe vinum rubeum vel album, & ſit de meliori quod poterit reperiri, vel ſaltem capias vinum, quod non ſit acetoſum quouis modo, neque parum neq; nimium, & diſtilla aquã ardentẽ, ſicut conſuetũ eſt per cannas brachiales æris, & poſtea rectifica illã quater ad maiorem rectificationem. Sed dico tibi, quòd ter ſufficit rectificari, & bene cauere, vt ſpiritus comburens nõ exhalet, quia in hoc quamplures errauerunt vſque ad ſepties arbitrantes rectificari. Eſt autẽ tibi fili mi ſignum infallibile, poſtquam videris, quòd zuccharum madefactũ in illa poſitum ad flammam cõburatur ſimiliter aqua. Poſtquam autem ſic habueris aquam præparatam, tu habes materiam, de qua quinta eſſentia trahitur ad actum, quæ eſt vna principalis, de qua intendimus in libro hoc. Accipe igitur illam, & pone in vaſe quod circulationis appellatur, vel in pellicano, quod

quod dicitur vas Hermetis, quorum forma inferiùs apparebit, & claude fortissimè foramen cũ olibano, vel mastice molli, vel viua calce mixta cum ouorum albumine, & ponas in fimo calidissimo per sui naturam, aut in vinacia, quibus nullus calor per accidens attribuitur, quod fili facere potes, si in quantitate magna posueris de qualibet istarum rerũ ad angulum domus, quæ quantitas sit xxx. onera gerularia. Hoc esse oportet, vt calor non deficiat vasis, quia si calor deficeret, corrumperetur aquæ circulatio, & quod quærimus nõ fieret, si nõ calor continuus ei administratus fuerit ꝑ cõtinuas circulationes, nostra quinta essentia separaretur in colore cœli, quod videre potes per diametralem lineam, quæ partem superiorem scilicet quintam essentiam diuidit ab inferiori, scilicet à fecibus, quæ sunt in colore turbido. Est autem natura ista quasi incorruptibilis & immutabilis, ex eo quia ad tantam glorificationẽ deueniet. Nam & ita habet respectu totius corporis mundi, illo modo quòd per artificium mutari potest natura.

CANON II.

Quo continetur ſcientia, qualiter noſtra quinta eſſentia ab Artiſta cognoſci poteſt.

FActo per multos dies in vaſe circulatione inferiùs deſcripta, aut in vaſe Hermetis continuatio circulationis aperies foramen, quod cum dicto clauſore obſtruxiſti, & ſi odor ſuprà mirabilis exeat, ita quòd nulla mundi fragrantia ei comparari valeat, in tantum, quòd vas poſitum ad angulum domus miraculo inuiſibili trahit omnes intrãtes, aut vaſe poſito ſupra turrim, trahit omnes aues, quibus omnibus odor naris attigerit, ita, quòd circa ſeipſum ſtare faciat, tunc habebis fili noſtram quintã eſſentiam, quæ aliter dicitur Mercurius vegetabilis ad tuum libitum, vt applices in magiſterio metallorum tranſinutationis. Quòd ſi non inueneris influxum attractionis, recludc vas vt priùs, & pone in loco priùs aſsignato, & ſtet ibi donec conſequaris ſignum prædictum. Hæc verò quinta eſſentia

essentia sic glorificata non habebit illum odorem, nisi corpus sit dissolutum in ea, & illum ardorem in ore tuo sicut aqua ardens: hæc quidem vocatur à Philosophis clauis totius artis philosophiæ, & tam cœlum quàm nostra quinta essentia, quæ eius adiutorio venit ad tantam sublimitatem, nobili forma sunt impleta, & subtilissimam materiam habent, vt per se solùm, & cum stellis terrenis, quas suprà diximus, faciat operator huius operis miracula supra terram.

CANON III.

Qualiter nostra quinta essentia, seu vegetabilis Mercurius haberi potest sine magnis expensis pro his, qui altissimam paupertatem obseruant.

COncreauit Altissimus nõ solùm in aqua ardenti, sed in omni planta, lapide, & metallo quintã essentiã quandam durabilem atq; mirabilem, atque etiam in anima-

animalibus, ſerpentibus, &c. Aperi igitur fili intellectũ, & intelliges veritatem, quia res generabilis & corruptibilis ſtatim deſtruitur poſtquam vi corruptionis rei & elementorum contrarietate exhalat. Nam hoc ſignum à vino accipere poteris, poſtquam cõuertitur in acetum, quia ab ipſo aqua ardens diſtillari nequit, nec per conſequens quinta eſſentia, cũ quinta eſſentia cum aqua ardenti & ſpiritu combuſtibili trahitur, quæ quinta eſſentia dum eſt in vino, vinum in ſua virtute exiſtit, ſin autem cõuertitur in acetum, & ſic de alijs ſimilibus iſtis. Trahas ergo quintam eſſentiam cum aqua ardenti, ſimul per cannas brachiales, vt ſuprà diximus ex quocunq; vino, quamuis turbato & feruido, præterquam ab aceto, cùm in aceto non eſt aqua ardens, nec per conſequens quinta eſſentia. Nam ſumma cautela eſt tibi fili talia vina pro modico precio, quę inueniuntur habere, & facere vt ſuprà, quia quinta eſſentia, quæ quaſi incorruptibilis eſt propter malam vini complexionem non corrumpitur. Modus namq; primus & omnium principalis eſt, quem tibi ſuperiùs nomi-

nominauimus. Secundus est verus, quòd capias ampullam cum collo longo, & ex dicta aqua ardenti imple duas partes, & gyra collum ampullæ claudendo priùs ipsum cum cera, vel dicto clausorio, ac deinde sepelias eam totã in loco superiùs deputato, & stet ibi donec consequaris signum sæpe dictum, quam trahes perforando collum ampullæ. Caueas tamen in attractione eius à vase, quoniam statim miscetur quinta essentia cum fecibus, si fortè suauiter non eleuata est à loco circulationis per Artistam deputatum. Hæc vasa sunt illa, quæ tibi superiùs nominauimus, ex quibus fit magisterium, quæ vltra rostrum impleri debent aqua ardenti, & vasa ista habent formam cubitalem in longo, & in amplo mensurã vnius palmi, & sint integrè facta & solida.

CANON IIII.

Qui docebit te extrahere quintam essentiam ab omnibus plantis, fructibus et radicibus, carnibus, ouis et sanguine.

EST aliud ex secretis naturæ, vt tu fili scias trahere quintam essentiam ab omnibus

omnibus plantis, fructibus, radicibus, carnibus animalium, & ouis, & auium, & sanguine, &c. Capias igitur quamcunq; rerum volueris, et teras bene fortiter in mortario, et pone ad putrefaciendum in vase per quadraginta dies, postea extrahas, et distilla aquam per alembicum ter vel quater, sic aquam ardentem fecisti, et in quolibet supradictorum vasorum pone ad circulandum, donec signum consequaris odoris priùs iam dicti. Aut fili trahas à quacunq; istarum rerum quatuor elementa et aerem, et ignem pone in vasis iam dictis, et fac circulari, donec consequaris signum prædictum: grandissimum enim est opus factum in magisterio medicinæ. Omnes istæ quintæ essentiæ sunt quouis istorum modorum extractæ: in millecuplo enim plus operantur quàm earũ medicinæ ante earum extractionem, taliter quòd pro miraculo reputatur apud vniuersum orbem. Nihil quippe in omnibus quinque essentijs addimus, scilicet in earum extractione, nisi quòd per nouum artificiũ superflua debemus remouere.

CA-

CANON V.

Qui docebit extrahere quatuor elementa ab omnibus rebus, ſcilicet plantis, animalibus, & metallis.

CVm prætermittamus pro modico tibi reuelare ſecretũ, ſcilicet qualiter poteris elementa ab omnibus rebus, ſcilicet metallis, plantis, & animalibus extrahere. Et regula generalis eſt, quod illa, quæ de plantis terenda fuerunt, terantur, & poſt contritionem ponantur in vaſe vitreo in fimo equino ad putrefaciendũ per menſem cum dimidio, quo tranſacto, pone ſuper vas caput ſuum, & diſtilla aquam per balneum maris, quod tibi inferiùs reuelabimus per figuram vnam, quouſque per balnei diſtillationem plus noluerit diſtillare, tunc temporis extrahe cucurbitam à balneo, & reitera aquã, quam diſtillaſti ſuper feces, & gyra bene cum ſigillo, et claude, et pone ad putrefaciendum per decem dies, poſtea extrahe, et pone deſuper caput alembici, et diſtilla per ignem cinerum, quo-

quousq; noluerit plus per illã distillatiõnẽ distillare. Tunc fili mi scias, quòd tu habes extracta duo elementa ad partẽ, nunc igitur vt diuidas illa, quę sunt aer & aqua, facies sic. Tu fili mi aquã illam quã per secundã distillationem distillasti, accipe, & pone in cucurbitã distillationis, & repone caput alembici & distilla in balneo, & illud quod distillaueris non est nisi aqua, quoniam per illum gradum caloris nihil aliud exit. Nam ignis balnei dicitur ignis primi gradus, & ignis cinerũ dicitur ignis secundi gradus, & ignis ardens dicitur ignis tertij gradus. Fili valde vtilis est ista sciẽtia graduum ignis ad ista cognoscenda potissimè in metallo propter caloris cõfusionem, & tunc fili aer manet in fundo vasis, quia non valuit per calorem secundi gradus exire, & tunc repone ad partem, & reitera aquam, quã ab aere extraxisti super feces, & fac sicut priùs, & pone ad putrefaciendum in fimo per tantum tempus, sicut de aere fecisti, & pone ad distillandum in igne tertij gradus, & da sibi ignem, donec totus distilletur, & post hoc reitera ad distillandum in balneo, & exibit

aqua,

aqua, & ignis manebit in fundo vasis, quia non valet per illum calorem exhalare, & serua ad partem. Hæc quæ tibi diximus, de omnibus vegetabilibus intellige quę in succo abundant. Et sic quoque facies in metallis, prius cum nostro menstruo illa resoluere facies sub fimo per vnam hebdomadam, & quòd mẽstruum sit acutũ cum vegetabilibus aliquib' illorum, quæ inferius in Quæstionario dicemus. Postquam verò fili metalla fuerint dissoluta pone ad distillandum in igne primi gradus & exibit menstruum, & manebit calx metalli in fundo. Post hoc verò reitera super feces metalli de nouo menstruo ad pondera metalli, & pone ad putrefaciendum per mensem cum dimidio, & post hoc distilla sicut fecisti de vegetabilibus, sed qualibet vice adeas nouum menstruum super feces. Fili multæ fuerunt opiniones philosophorum in extractione elementorum à mineralibus, sed hic ponere non curamus, quia diuersimodè tractabimus in tertio libro.

CANON VI.

De calcinatione metallorum.

FIlli multi philoſophorum in aqua forti communi facta ex vitriolo & ſale nitro ſua corpora metallorum diſſoluebãt, & per euaporationẽ trahebãt aquam illã, & calx corporũ remanebat infravas, & postea cum aqua dulci cõmuni illã abluebtã, & per euaporationem trahebant aquam illam. Et poſt illam calcem cum menſtruo diſſoluebant ad opera ſua, quæ non ſecundum quod competebat ſequebatur finem optatum. Ratio huius eſt, quia diſſolutio, quæ fit cum forti aqua non eſt talis, ſicut natura poſtulat, & quia etiam illi, qui talia fecerunt ignorauerunt vegetabilia noſtrum menſtruum acuentia, & etiam ignorauerunt aquam Mercurij vulgi, quam in compendio miſſam regi Roberto reuelauimus, quod compoſitum eſt ſuper Teſtamento & Codicillo in parte illa, quæ tractat de compoſitione margaritarum ſic conditarum, &c. Sed fili tibi reuelabimus in hoc capitulo calcinationes, in qua

qua nullum metallorum amittit de specie, & menstruum infra modicum tempus ipsum resoluet. Et magisterium huius secreti tale est, quòd tu fili capias aurum vel argentum in tenues laminas redactum, & accipe particulam cum tantũdem de argento viuo vulgi, & pone ad ignem lentum, & cùm fumauerit mitte laminas, & moue cum ligno, & post hoc mitte in gazola in aqua quæ sit frigida, & si talis fuerit pasta, quòd frangatur ad modum metalli campanarũ, nisi reuertatur massa alembici, & dimitte euaporari plus de argento viuo, & iterum mittatur in aqua, & postquam dura fuerit, sicut dictũ est, pone pastam in galaiade vt diximus cum quarta parte sui salis communis, & contere fortiter donec pasta & sal totum videatur sal nigrum. Accipe igitur fili istud sal, & pone in sublimatorio si volueris seruare argentum viuum, quod si nõ, pone illum in quadam gazola, quæ ignẽ sustineat, & da sibi ignem donec videbis, quòd totus Mercurius exhalauerit, vel sublimauerit. Postquam verò hoc compleueris mitte istud

ſal in altera gazola, & ſuperpone de aqua feruentiſsima, ſecundum quod tibi viſum fuerit, & miſce cùm quodam ligno, & ſal fundetur & vertetur in aquam nigram, quam quieſcere dimitte, & pòſt illam extrahe & mitte paſsim reuertendo, donec tota euerſa fuerit, & calx remanebit inferius. Iterum ſupermitte de aqua feruentiſsima, & fac ſicut prius, & iterum mitte ſibi de ſupradicta aqua, donec exeat à calce clariſsima, ſicut miſſa fuit, & tunc pone calcem ad deſiccandum ad ſolem, & habebis ipſum perfectiſsimè redactum in puluerem ſubtiliſsimũ ad vſum Artiſtæ cuiuſuis. Item fili cætera metalla habent diuerſum modum calcinationis, de Venere fit calcinatio ſicut fit æs vſtum. Saturnus & Iuppiter calcinantur cum ſale communi præparato agitando in alboth cum ligno & mittendo ſal modicum, & poſt hoc abluatur, ſicut dictum eſt, cum aqua feruentiſsima, & poſtea pone ad deſiccandum & factum eſt.

CANON

CANON VII.

In quo continetur ſcientia ad extrahendum quintam eſſentiam rerum omnium, ad applicandum illas corporibus humanis ſecundum quod opportunum fuerit.

DEus cœli talem contulit virtutem generaliter quintæ eſſentiæ, vt extrahas illam ab omni ligno, fructu, flore, radice, folijs, lapide & metallo, carne, ſemine & ſpecie, quæ Deus conditor naturæ creauit, cuius quippe ſecreti magiſterium tale eſt. Poſtquam fili vini quintam eſſentiam habueris à fecibus ſeparatam, cùm propria noueris poſſe extrahi omnis rei quintam eſſentiam infra tres horas, vt euitetur tantus labor, atque tædium tibi fili dilecte. Capias igitur in Dei nomine quamcunque rem, à qua volueris quintam eſſentiam ſeparare, & mitte illam in noſtram quintam eſſentiam vi-

ni,& pone ad fortem ſolem in vere, vel pone illam cum vaſe ad ignem leuem, & infra tres horas habebis quintam eſſentiam rei mixtam cum quinta eſſentia, quæ conuertetur in talem naturam, ſicut res quæ ſibi mittetur. Igitur ſi ſit calida, ſi frigida, ſi humida, ſi ſicca, ſi laxatiua, ſi ſtiptica, vel cuiuſuis alterius conditionis & odoris fuerit, talis naturæ ſit, quia vt ſuprà tibi reuelauimus appetitum habet ad hanc complexionem, vel ad illam talem. Igitur quintam eſſentiam fili habebis ſicut res quam tibi intromiſeris talis odoris, ſaporis, complexionis, virtutis, operationis &c. & ideo fili maxima cautela eſt hæc in operatione medicinæ, vt cum vna & eadem medicina ſcias diuerſas operationes facere, ad quam forſitan non peruenit operator duræ ceruicis, &c. Et ſic fili cum cœlo noſtro à ſtellis ſuis quas ſuprà nominauimus, fiet per naturam quod reputabitur ad miraculum.

CANON VIII.

Qui docet, quæ sunt res calidæ in primo gradu simpliciter, vt talis naturæ reddatur quinta essentia nostra ad applicandum ad humana corpora.

HActenus fili verum plantarum secretum tibi pandemus, scilicet in earum complexione, & primo de calidis simpliciter in primo gradu, vnde fili medicinæ calidæ simpliciter in primo gradu sunt istæ scilicet:

Absynthium
Semen coriandri
Borago
Altea
Atriplex
Eupatorium
Cancilla, id est Rapta
Sticados Arabi.
Tribulus marinus
Radix Peoniæ
Semen altheæ
Castanea
Spica Celtica,
Camomilla
Flores nasturcij
Amigdalæ dulces
Auellanæ siccæ
Capparis
Folia Caryophillo:
Cardamomum
Licium
Styrax liquida
Pulli columborũ
Radix aristolochię rodundæ
Semen trifolij
Sandaracha, id est vernix
Triticum

Nuces	Panicum
Semen caulis	Sarcocolla
Mora matura	Iarus
Iuiube	Moſchus
Ficus ſiccæ	Vitrum
Caſſutha	Caro camelina
Spica nardi	Vitulina
Folia lauri	Gallinarum
Amomum	Anſerum nouorum
Crocus	Phaſianorum.

De iſtis quippe fili operare ſecundum exigentiam, & talis complexionis virtutis reddetur tibi quinta eſſentia noſtra.

CANON IX.

De calidis in ſecundo gradu.

SI propter infirmitatem prouenientē halitus in tanto gradu frigiditatis quòd medicinas in primo gradu calidas operari non poteſt, applicet ſibi medicinas in ſecundo gradu calidas, quæ ſunt hæc, quæ ſequuntur, vt docet canon:

Polium	Ancilla, id eſt rapa
Praſsium	Bulbi

Cen-

Centaurea minor Carui
Catapucia Tamariſcus
Si Amygdala amara
Reubarbarum Dactyli
Lignum aloe Mel nouum
Vuæ amaræ Semen aneti
Citri ſemen Ruſti
Fœniculi Apij
Aſparagi Petroſelij
eorumq́ue radices Semen Peoniæ
Radix marathrũ Xilobalſamus
Daucus Cortex citri
Semen vrticæ Folia citri
Fænugræcum Nux muſcata
Semen paſtinacæ Phaſeoli
Semen raphani Laccæ
Fiſtici Vrina
Bdelium Ambra
Flores croci hortulani Vua matura.

Aperies ergo oculos tuos fili,& videas quibus rebus ex his indigebis ad magis calefaciendum ex eo,quo modo non ſufficientes fuerunt tibi medicinæ,primo ſiue in primo gradu , & non vtaris medicinis ,niſi prius ſcias in quo gradu ſunt medicinæ ſimpliciter conſtitutæ, quia ali-

ter nescies quid eomponis, vel quid das infirmis.

CANON X.

Qui docet, quæ res sunt calidæ in tertio gradu ad affigendum eas in nostra quinta essentia ad habendum quintam essentiam calidam in tertio gradu.

FIlli in quo casu infirmitas nimiæ frigiditatis viget, indiges habere medicinas in tertio gradu calidas mixtas cum cœlo nostro, & nostra quinta essẽtia eiusdem complexionis reddatur, & sunt hæc:

Seseli
Pix græca
Enula
Cyperus
Opopanarum
Cassia lignea
Chamæpitijs
Dictamus
Piper longum
Samsucus
Serpentaria
Ammi
Assarum
Apij folia
Thimus
Sagapenen
Polypodium
Chamædrijs
Iris
Galanga
Hyssopus
Hermodactylus
Siratus
Sambucus
Zedoaria
Se:Ozimi

Doronici

Doronici
Nigella
Calamentum
Caryophylli
Cinnamomum
Origanum
Ammoniacum
Folia oliuarum
Schœnoanthon
Mumia
Lupulus
Centaurea mai
Gentiana.
Mentaſtrum
Zinziber
Siler mondanum
Pullegium
Aſſa fœtida
Coſtum
Rutha domeſtica
Galbanum
Nux Indica
Porrum
Caſtoreum
Saxifragia.
Pix liquida

Cùm ergo volueris applicare res calìdas in tertio gradu propter nimiam frigiditatem ſuperabundantem, applica cœlo noſtro, & talis virtutis efficitur.

CANON XI.

Qui docebit te quæ res ſunt cаildæ in quarto gradu, vt affigas illas noſtræ quintæ eſſentiæ, & cùm opportunum fuerit, reuelabo tibi, quæ ſunt medicinæ ſimpliciter in quarto gradu caliditatis & ſunt hæc quæ ſequuntur, videlicet:

Ruta

Ruta ſylueſtris
Piper nigrum
Petroleum
Anacardus
Oleandrum
Euphorbium
Sal armoniacum
Napellus
Glychyrriſa
Flos lupini
Gũmi Arabicũ
Semen paſtinacæ
Coturnices
Canna zuccharij

Nitrum
Piretrum
Vitrum aduſtũ
Semen ſinapis
Sulfur
Carduusviſci
Scamonea
Flos fabæ
Lingua auis
Amygdalæ dulces
Primula veris
Lignũ paſtinacę
Piſces recẽtes.

CANON XIII.

In quo continetur ſcientia rerum humidarum in ſecundo gradu ſimpliciter, vt quando infuerint tantæ ſiccitatis, quôd tibi ſufficientes non fuerint res humidæ in primo gradu, applices illas, quæ in ſecundo gradu humidæ fuerint, vt tale reddatur cœlum noſtrum.

Con-

COngruum est fili vt tibi reuelemus, quæ sunt humidę res in secundo gradu simpliciter, vt talem reddas nostram quintam essentiam, cùm necessarium fuerit, & sunt istæ quæ sequuntur:

Semen maluæ
Endiuia
Persica, Asparagi
Zicion
Cicorea
Malua
Chrysomela
Semen lactucæ
Lactuca agrestis
Lactuca
Flos Nymphæ
Aleos epaticus.

Ex his igitur fili applica quintæ essentiæ nostræ cùm medicinæ humidæ in primo gradu non fuerint sufficientes ad eradicandum siccitatem peccantem.

CANON XIIII.

Qui docet, quæ sunt res humidæ in tertio gradu, vt cùm necesse fuerit habeas earum cognitionem ad illas applicandum cœlo nostro, vt habeas cœlum nostrum humidum in tertio gradu.

Fili

FIlli mi cùm videris, quòd ſiccitas tanta eſt, quæ per medicinas humidas in gradu ſecundo extingui non poteſt, applica medicinas humidas in tertio gradu cœlo noſtro, quæ ſunt hæc quæ ſequuntur:

Semen gal. Flores violæ viridis
Poma viridia Satyriones (gia)
Phylocaparõ, Eruca Aquitua, alij, Aquile-
Radix paſtinacæ Caſtoreũ. alij nõ habẽt
Flores violę cœleſtis Semen lini
Flores papaueris Fruct⁹ papaueris albi.

Hæ ſunt res humidæ in tertio gradu ſimpliciter, has affige in cœlo noſtro vt viguerit neceſsitas.

CANON XV.

Qui docet quæ ſunt res humidæ in quarto gradu, vt affigas illas in cœlo noſtro ad applicandum illas corporibus denſis propter nimiam ſiccitatem.

RAtio naturæ eſt fili, vt reuelem tibi, quæ ſunt medicinę humidę in quarto gradu, vt affigas illas in cœlo noſtro, vt influat

influat in nobis humiditatem quàm plurimam, cùm necesse fuerit, & res humidæ in quarto gradu simplicitatis sunt istæ, quæ sequuntur:

Aurelia	Lactaria
Cerebrum columbi	Argentum viuum
Scinci	Gamelion
Mercurialis	Cerebrum gummici.

Hæ igitur medicinæ reddent cœlum nostrum humidum in quarto gradu, quas applica secundum exigentiam & vires patientis. Dicto verò de medicinis humidis quæ complexionem habent humidam scilicet aeream, nunc restat vt dicamus de habentibus proprietatem aquę, ex eo quia post aerem sphæra aquæ per primam causam situata est, procedendo secundum ordinationem quatuor graduum, sicut in alijs. &c.

CANON XVI.

In quo continetur scientia rerum frigidarum, & primo de frigidis in primo gradu.

Hoc

HOc est vt nostra quinta essentia reddatur frigida in primo gradu, reuelabimus tibi medicinas dictam habentes complexionem, quæ sunt hæ quæ sequuntur:

Grana salicis	Herba acetosa
Pruna	Tamarindi
Fabæ virentes	Flos rosæ viridis
Hordeum	Pira bene matura
mundum	Arthasia

Has medicinas applicabis cœlo nostro, vt reddatur frigidum in primo gradu, vt scias ipsas cœlo nostro applicare, cùm necesse fuerit vt influat super nos frigiditatem primi gradus. Fili, si tibi propter nimium calorem non sufficerent medicinæ frigidæ in primo gradu, applica cœlo nostro res frigidas in secundo gradu, postea facias applicationem secundum quod tibi videbitur, & medicinæ sunt istæ, videlicet:

Berberis	Pentaphyllon
Malagranata dulcia	Litargirium
Arnoglossa	Mora imatura
Flossa salicis	Chrysolachanō.

C A.

CANON XVII.

Qui docet quæ ſunt res frigidæ in tertio gradu, vt quando non ſufficientes fuerint medicinæ frigidæ in primo & ſecundo gradu, quòd applices illas, quæ ſunt in tertio gradu, vt ſcias. remedium adhibere caliditati dominanti.

HActenus fili reuelabimus tibi, quæ ſunt medicinæ frigidæ in tertio gradu, vt quando infirmitas fuerit tantæ ſiccitatis, quòd illi non ſufficiant medicinæ primi & ſecũdi recurras ad iſta, quæ ſunt tertij gradus, & ſic remedium adhibeas, & ſunt quæ ſequuntur, ſcilicet:

Virga paſtoris	Melones
Pſilium	Omnes ſandali
Citrulli	Paritaria
Hypociſtis	Cucumeres
Vua milana	Portulaca Semen eius
Sorbæ	Spodium
Plantago ſemen eius	Poma.

Medicinas iſtas applicaba cœlo noſtro, &

habebis ipsum frigidũ in tertio gradu, & vtere illo dum fuerit opportunum.

CANON XVIII.

Qui docet, quæ sunt res frigidæ in quarto, & vtaris illis dum fuerit necesse.

FIlli mi certum sit tibi, quòd multorũ fuit opinio, quòd nulla res erat in quarto gradu frigiditatis cõstituta per naturam, contra quos istam facimus rationem. Omne elementum, vel quæcunque alia res appetit esse in maiori perfectione, quàm sua natura capere potest, cuius ratione elementum quodlibet in elementatis appetit quartũ punctum simplicem, vt suum contrarium reprimat, vel saltem ei adæquetur per resistentiam, vt esse suũ nõ priuetur ab indiuiduis. Si igitur aqua per naturam non inuenitur in indiuiduis in quarto gradu, sicut in primo, secundo, & tertio, aqua non appeteret maiorem perfectionẽ simplicitatis, quàm in indiuiduis habere potest, & sic similitudo suæ simplicitatis in maiori gradu multiplicata esset ei per naturam odibilis, & suum contra-

contrarium esset illi amabile, quod est impossibile. Præterea nullus morbus calidus in quarto gradu esset curabilis, quod est inconueniens & contra finem medicinæ. Item esset ipsa aqua destructa contra, & ideo regula, quia non transmutent extra se similitudinem suam per modum suę perfectionis & suarũ partiũ & cum similitudinibus dictarũ partium operatur in indiuiduis. Ratio huius est, quia talem defectum natura bonitatis & virtutis &c. nõ consentiret, cùm ista naturaliter appetãt multiplicari in maiori perfectiõe entibus realibus quàm esse potest secundum suam naturam, quorum contrarium ageret aqua, si nõ esset reperta in quarto gradu in rebus naturalibus, quod est impossibile. Fili mi multa alia inconuenientia sequi possent ex eorũ opinione, sed illa dimittimus causa breuitatis, vnde res frigidæ in quarto gradu sunt istę quę sequuntur:

Opium
Cicuta
Semen eius
Camphora
Ebenus
Hyosciamum
Semen eius
Mandragora
Semperuiua
Semen papaueris

Aqua eius	Salamandra
Mucilago psyllij	Barbassus

Has quippe res applica cœlo nostro, & habebis ipsum frigidissimum. Diximus de medicinis frigidis secundum ordinem quatuor graduum. Et quia post omnium elementorum sphæras sphæra terræ situata est vltimo, ideo de rebus siccis vltimò dicendum est.

CANON XIX.

Qui docet quæ sunt tres siccæ in primo gradu.

ORdine præmisso fili tibi rerum siccarum reuelemus vt affigas nostro cœo, & primò de siccis in primo gradu simpliciter, & sunt istæ scilicet:

Spuma maris	Argilla
Caro caprina	Caules
Caro bouina	Turtures antiquæ
Fabæ siccæ	Caro ceruina
Columbi antiqui	Amylum
Caro camelorum	Caro omniũ auiũ quæ habitãt in aquis
Thucia	Caro leporis

Affige ergo fili has medicinas coelo nostro,

ſtro, & habebis ipſum ſiccum in primo gradu, vt vtaris illo, cùm opportunum fuerit. &c.

CANON XX.

Qui te docebit, quæ ſunt res ſiccæ in ſecundo gradu, vt cùm tibi fuerit neceſſe applices illas noſtro cœlo, vt influat in nobis ſiccitatem in ſecundo gradu.

FIlli quando infirmitas tam humida fuerit, quòd tibi non ſufficiant res in primo gradu ſiccæ, addes iſtas cœlo noſtro quæ ſunt in ſecundo gradu ſiccæ, ſcilicet:

Riſum	Cortex thuris
Thipus. alij nō habent	Balauſtiæ
Cortex orni	Lapis lazuli
Teſta maligranat.	Xylobalſamus
Lapis Armenus	Vberi ro. ſiccæ
Flos roſæ. ſic.	Meſphilæ maturæ.

Has quippe res affige in cœlo noſtro ad magis deſiccandum.

CANON XXI.

Qui docet, quæ ſunt res ſiccæ in tertio gradu, vt ſcias illas applicare cœlo noſtro, vt fiat illius complexionis, & ſiç applices ipſum in corporibus humanis, cùm tibi videbitur.

FIlli cùm tibi videbitur, quòd infirmitas tanta eſt multiplicata in humiditate, quòd tibi non ſufficiant medicinæ ſiccæ in primo & ſecundo gradu, applicabis iſtas, quæ ſunt ſiccæ in tertio gradu, quæ ſequuntur:

Maſtichæ	Acetum commune
Charabe	Succus maluæ
Olibanum	Pira ſylueſtria
Myrrha	Ga.
Cinnabar	Scoria ferri
Aſphaltum	Ferrugo ferri
Sanguis drac.	Pulmo vulpis
Bolus Armenus	Iuniperus
Fructus iuniperi	Fructus ſauinæ

Galle

Galle	Flos ſambuci
Flos Ebuli ebulus	

Has affige in cœlo noſtro, & fiet ſiccum in tertio gradu.

CANON XXII.

Qui docet, quæ ſunt res ſiccæ in quarto gradu vt iſtas applices cœlo noſtro, & fiet ſiccum in quarto gradu.

Arſenicum album	Capitellum
Arſenicum rubeum	Omnes mirobalani
Azarnech	Cortex ilicis
Azarchon	Coagulum
Aes	Thucia
Flos æris	Sal præparatum
Glandes virides	Puluis Aſphodeli
Alumen rochæ	Alumen plumæ
Folia daruich	Cortex vberi

Diximus de aliquibus medicinis & earum ſimplici complexione ſecundum diſpoſitionem quatuor graduum ſimpliciter, vt Artiſta per iſtas, quæ hic ponuntur alias inueſtigare ſciat ſecundum

 complexio-

complexionem, ſaporem, odorem, ponderoſitatem & leuitatem ad faciendum diuerſos effectus in corpore noſtro. Nunc congruum eſt vt dicamus in generali de qualitatibus appropriatis, vt Artiſta cognoſcat, quæ ſunt ſimplices qualitates & propriæ, & quæ appropriatæ, & quæ qualitates ſunt graditæ in rebus naturalibus, vt cognoſcatur vnius medicinæ compoſitæ finis ex multis in diuerſis medicinis compoſitis. Et vt ſciatur quid homo dare debet, vel auferre infirmis.

CANON XXIII.

In quo continetur præfata doctrina.

VAlde fili mi meditamur, vt reuelemus qualitates rerum proprias & proprietates, ſcilicet in quo gradu exiſtere poſſunt ſecundum naturam, vt deſtruantur multorum opiniones, qui duas qualitates in vna & eadem re dixerunt in eodẽ gradu exiſtere, ſicut in pipere, quod dixerunt calidum & ſiccum in quarto gradu,

gradu, & castoreum, quod dixerunt calidum & siccum in quarto gradu. Contra quos fili talem fundamus rationem. Quatuor massæ principales, quæ sunt quatuor elementa, sphæras proprias habent, vbi natura cuiuslibet maior est quàm in aliorum sphæris, quamuis illi quodlibet elementum sit in alterius sphæra, scilicet vnum per sphæras omnium & omnia per spheram vnius. Hoc autem fili natura orbis fabricat, vt ex mixtione eorum oriantur indiuidua spherarum, in quibus elementa actualiter existant, vt suprà probauimus, quę esse non valerent si mixta vicissim nõ essent, quoniam fili si mixtio vniuersalis orbis deficeret elementis, deficeretque mixtio specialis, atque indiuidualis, quoniam deficiente generali venit particulare in suiipsius corruptionem. Denique quodlibet elementum, ex eo quòd iuxta sui naturam in propria sphera sua complexio maior est, vt caliditas, quę maior est in sphera sua ignis quàm siccitas nec aliqua aliarum complexionũ, & sic de alijs.

Item fili quodlibet dictorum elemento-

rum habet proprium ſubiectum in indiuiduis ſpecierum, in qua ſua caliditas maior eſt quàm qualitates aliorum elementorũ, ſicut fili in pipere, in quo magis viget proprietas ignis quàm in croco, & in aloe, in quo magis eſt de complexione aeris quàm in mirobalanis, & ſic de alijs rebus ſimilibus iſtis, vnde facio iſtam rationem. Omnem effectum conſequi oportet naturam ſuæ cauſæ, ſi igitur ignis, qui eſt cauſa omnium rerum calefactibiliũ maiorem ſui proprietatem habet in ſphæra ſui, & ſua proprietas ibi magis reperitur quàm proprietas aliorum, ſicut in rebus calefactibilibus de cõplexione ignis, oportet quòd maior ſit caliditas quàm humiditas, vt appareat concordantia in differẽtia exiſtens inter cauſam & ſuum effectũ, & vt appareat differentia inter rem calidę complexionis & rem humidam, vel ſiccã &c. Quia ſi vna res haberet in ſe duas complexiones æquales, ſicut in pipere caliditas & ſiccitas, ſi eſſent in eodem gradu, eſſet piper æqualiter ſiccum, ſicut calidum, & ſic eſt poſsibile habere has duas complexiones æquales contra frigiditatem, &

tem, &

tem, & ſic poſsibile eſſet quòd frigiditas & humiditas eſſent æquales contra caliditatem & ſiccitatem, quod eſt impoſsibile, quia ſic non inueniretur aliquod ſpeciale indiuiduum, in quo qualitas vnius elementi eſſet prædominans, vt denominationem caperet ab illo, ſicut piper, quod denominationem accipit ab igne, quia calidum. Aloes quod denominationem accipit ab aere, quia humidum. Mandragora ab aqua, quia frigida. Mirobalanus à terra, quia ſiccus. Hoc autem eſt impoſsibile, quia ſequeretur irregularitas in indiuiduis naturalibus, ex eo quòd non haberet magis inſtinctum ad qualitatem vnam quàm ad aliam. Ex quo fili notare potes, quòd ſicut quodlibet elementum dominationem propriam ſecundum ſuam naturam habet in ſua propria ſphæra, in qua alterum non habet ita magnam dominationem, ſicut habent propria indiuidua ſubſtantialia, in quibus magis qualitas vnius elementi prædominatur alteris. Exemplum, natura ignis

est calidus propriè, siccus à proprietate. Nam caliditas maior est in igne quàm siccitas, quoniam proprietas maior est in qualibet re quàm appropriata. Sic enim fili est in indiuiduis, quę oportet habere vnam propriam qualitatem aliam appropriatam, ex eo quòd effectus suę causę correspondere debet. Hoc probatur fili mi per regulas duodecim, quia si ignis qui est causa alicuius calefactibilis, est calidus & siccus, ignis in illo calefactibili non potest transmittere extra se similitudinem suam, nisi cum suo calore & siccitate, & per modum naturæ caloris, & siccitatis, & iterum aliarũ complexionum. Sic igitur in indiuiduo per ignem causantem oportet maiorem esse caliditatem quàm siccitatem, & sic siccitas depresśior. Et sicut diximus de igne, ita intellige de alijs qualitatibus elementorum, sicut ignis in sua sphæra propria est forma, vt alia elementa sunt materia, quia calefacta sit sua propria qualitas in indiuiduis naturalibus existens est forma extensa, & diffusa super omnes alias elementorum, & qualitates, quæ sunt igni.

Ex

Ex quo fili multùm bene concluditur ipſam qualitatem ignis in ſubiecto ignis maiorem eſſe quàm alteram qualitatum, & ſic talis qualitas in ſimili ſubiecto eſt rex, qualitas verò quæ magis concordat militem dicimus, vltima verò qualitas quæ primæ contrariatur, ſclaua. Exemplum fili tibi dabimus, vt facilius poſsis intelligere mouendo teipſum ad obiectãdum. Nam piper eſt calidum propriè, ſiccum à proprietate, caliditatem verò maiorem oportet eſſe in illo quàm ſiccitatem, nec humiditatem, nec frigiditatem. Eſt ergo in pipere caliditas rex, nunc verò quia ſiccitas magis cum igne concordat quàm altera aliarum, eſt ſiccitas in igne, vel pipere regina. Et quia poſt ſiccitatem humiditas cum caliditate concordat, humiditas in pipere eſt miles. Et quia frigiditas caliditati contrariatur, eſt aqua ſeu frigiditas in pipere ſclaua, & ideo vltimò ſiccitas eſt in ſubiecto igneo. Fili ſecundum conditionem maioritatis & minoritatis ſituati ſunt gradus in rebus naturalibus, ſicut fili piper habet quemcunque gradum caliditatis, iſta caliditas eſt in illo maior, vt

ſuprà

ſuprà probauimus, ergo aliæ minores illa propria, & ſic ſequitur diſtinctio æqualitatis indiuiduorum, quam aliqui aſſerunt eſſe impoſsibilem. Nunc fili quia regina magis cum rege concordat quàm miles nec ſclaua, reginam oportet eſſe maiorem in regia domo quàm miles nec ſclaua. Et ideo quia regem regina ſequitur, & non eſt tanta ſicut rex, illa minor eſt & vno gradu inferior quàm rex, & cognominatur tertia. Et ſic ſiccitas in pipere eſt in tertio grâdu. Et poſt reginam miles maior eſt in domo regis, illa minoritas dicitur alius gradus inferior. Inferius quidem dicitur ſecundus, & ſic in pipeere eſt humiditas ih ſecundo gradu. Item quia poſt militem ſclaua minor eſt in domo regis quàm nullus alius, illa minoritas alter gradus inferior iſto dicitur, qui nominatur & primus. Et ſic fili concluditur, quòd piper eſt calidum in quarto gradu, ſiccum in tertio, humidũ in ſecundo, frigidum in primo. Et ſicut diximus fili de pipere, quòd habet complexionem igneam, ſic potes dicere de alijs rebus & qualitatibus reſpi-

ciendo

ciendo maioritatẽ cõcordantię. Prætereà fili ſcias, quòd non omnis res naturalis habet quatuor gradus in ſe integrè, ſed ex illis habet degradatè. Et ad melius intelligendum formamus puncta quatuor in quocunque guadu cuiuſlibet qualitatis, quæ quidem puncta ſunt tanquam mediũ, per quod mouetur intellectus ad intelligendum res quantũ habent de vna compoſitione vel de alia. Fili valde eſt confuſa doctrina de gradibus, adeo, quòd non eſt ſcientia in mundo, quæ tam parũ ſciatur, ſed hîc in ſumma breui breuiter tractabimus. Et primò dicimus, quòd res quæ ſit calida in quarto gradu, omnes alios gradus habet integros, & ſic de humidis, frigidis &c. Sed res quæ ſit in tertio gradu calida, eſt in ſecũdo ſicca, & in primo humida, & in duob' pũctis frigida. Res quę eſt in tertio gradu humida eſt frigida in ſecundo, calida in primo, ſicca in duobus pũctis primi gradus, & ſic de alijs. Itẽ res quę in ſecũdo gradu eſt calida, eſt in primo ſicca, & in tribus punctis alterius gradus humida, cũ duobus punctis frigida. Itẽ res quę eſt in primo gradu calida, eſt

in tribus

in tribus punctis alterius gradus humida, & vno puncto vniuersaliter frigida. Et sicut posuimus exemplum de calidis, ita potes de humidis dicere, & etiam de alijs.

Item fili multæ & diuersæ opiniões fuerunt in hac intentione super calidum in primo, & calidum in secundo, & calidum in tertio, quia fili mi in vno indiuiduo est caliditas in tertio gradu, & altera in eodem, sed differunt secundum actionem & passionem, quando in vno indiuiduo est forma regina, regina verò sub rege patitur, rex verò in quocunque indiuiduo est forma, regina verò miles & sclaua sunt materia. Non est ergo æqualis actio vnius qualitatis existentis in diuersis indiuiduis ratione supradicta. Et de hoc intellige secundum applicationem simplicem & singularem vniuscuiusque, non autem secundum multarum aliarum medicinarū congregatarum ad vnum finem. Et de hoc dabimus tibi exemplum. Squilla verò vel thutia quæ est calida in tertio gradu, & agnus castus calidus in tertio, si quodlibet eorum applicetur ad nostrum corpus, maiorem caliditatē influit in nobis

agnus castus quàm thucia. Ratio huius est, quia caliditas in agno casto est rex, in thucia verò regina. Et quia rex maioris potestatis est quàm regina, igitur &c. Item quia caliditas in thucia est terrificata, & stat secundum passionẽ, in agno casto secundum actionem, & quia maioris naturæ est res agens quàm patiens, igitur &c. Item quia in thucia caliditas habet duos punctos frigiditatis sibi contrariantes, in agno casto verò solummodo habet duo puncta vnius gradus contraria. Item quia caliditas existens in thucia, desiccat vltimato modo, quia inseparabilis à natura illius & siccitate formata. In agno casto verò calefacit plus quàm desiccat, quia ibi caliditas rex est, & à nullo formata est, sed siccitas in illo est ignificata, & pòst per naturam caloris calefacit, & postea desiccat, quia in quacunque re naturali priùs in seipsa oportet esse actum propriũ & coessentialẽ illius quàm appropriatus, & etiã caliditates submissæ in aliquo indiuiduo formata aliqua natura priùs sunt in corpore nostro agendo secundum naturam formæ quàm formatæ existant per suam,

ſicut caliditas ignis, quę ignificat terram. Terra verò exiſtens in igne priùs calefacit, ſecundò deſiccat, hoc verò fit, quia natura ignis, cui ſubmittitur ſiccitas, mouet ſiccitatē ſecundum naturam ſuæ ignificationis ignificabilitantis & ignificatæ. Ecce ergo fili quę differentia eſt inter calidū in tertio gradu, & calidum in tertio, & ſic de humido & frigido & ſicco. Non autem eſt ſic fili in compoſitione multarū medicinarum ad vnum finē, quia qualitas qualitatem iuuat, gradus gradū, punctus punctum. Exemplum, quædā medicina componitur ex aloe, pipere longo, roſis ſiccis, maſtice, gariophilo, ſucco fœniculi, & ſcamonea. Nunc verò graduamus talē medicinam. Aloes eſt humidū in ſecundo gradu, frigidum in primo, calidū in duobus punctis gradus, & ſiccum in vno pnncto vnius gradus. Piper longum eſt calidū in tertio, ſiccum in ſecundo gradu, humidū in primo, frigidū in duobus punctis vnius gradus. Roſę verò ſiccę ſunt ſiccę in ſecundo, calidæ in primo, frigidæ in duobus punctis, humidæ in vno puncto. Maſtix eſt ſiccus in tertio, calidus in ſecūdo, frigi-

frigidus in primo, humidus in duobus punctis. Garioplili verò sunt calidi in tertio gradu, sicci in secundo, humidi in primo, frigidi in duobus pūctis gradus. Succus fœniculi est calid⁹ in primo, siccus in tribus punctis, humidus in duobus, frigidus in vno puncto. Itē scamonea est calida in quarto gradu, sicca in tertio, humida in secūdo, frigida in primo. Nunc ergo videamus, quot gradus & quot puncta habeamus de vna qualitate, & quot de alia, & sic iungamus gradus & puncta, vsquequo ex omnibus istis habeamus vnum gradū simplicē, cuius naturę debeamus medicinā. Priùs verò videam⁹ de calidis qualitatib⁹, & omnes gradus diuidam⁹ per pūcta, pòst iungamus pūcta de quatuor in quatuor, & faciamus gradus. Nam in aloe sunt duo pūcta caliditatis, in pipere lōgo duodecim pūcta, in mastice verò habemus octo puncta, in gariophilis duodecim pūcta, in fœniculo verò habem⁹ quatuor pūcta, in scamonea sexdecim puncta. Sic fili in ista medicina sunt quinquaginta octo pūcta calida. Itē in aloe habem⁹ quatuor pūcta frigiditatis, in pipere longo duo pūcta, in rosis

alia duo, in maſtice quatuor puncta, in gariophilis duo puncta, in ſucco fœni vnũ punctũ, in ſcamonea quatuor pũcta, vnde habem⁹ in hac medicina nouẽdecim pũcta frigiditatis. Itẽ in aloe habemus octo puncta humiditatis, in pipere quatuor puncta, in roſis vnum punctum, in gariophilis quatuor puncta. Item in fœniculo habemus duo puncta, in maſtice duo puncta, in ſcamonea octo puncta. Et ſic habemus in hac medicina vigintinouem puncta humiditatis. Itẽ in aloe habemus vnũ punctum ſiccitatis, in pipere longo habemus octo puncta, in gariophilis alia octo, in maſtice duodecim puncta, in roſis quatuor puncta, in fœniculo tria puncta, in ſcamonea duodecim puncta, & ſic habemus in hac medicina quadragintaocto puncta ſiccitatis. Nunc verò iungamus omnia puncta, & primò puncta caliditatis, quæ ſunt quinquaginta octo, & frigiditatis nouemdecim puncta, item de humiditate vigintinouem puncta, item de ſiccitate habemus quadraginta puncta: nunc demus vnum punctum contrarium alteri contrario, & poſtea puncta duarum

qua-

qualitatum, quæ necesse habent esse concordantes, quæ supererunt illis dabimus medicinam. Nunc fili nouemdecim punctis frigiditatis demus alteri nouẽdecim puncta caliditatis, & sic de quinquaginta octo punctis caliditatis restant triginta nouem puncta. Item de humiditate habemus viginti nouem puncta, nunc istis viginti nouem punctis demus alia viginti nouem siccitatis, & de quadraginta octo punctis trahẽdo viginti nouem, remanẽt nouendecim puncta. Nunc igitur de caliditate habemus triginta nouem puncta caliditatis, & decẽ & nouẽ puncta siccitatis, nũc ergo à trigintanouẽ trahendo decem & nouẽ humiditatis, quæ alijs pũctis damus, manẽt viginti puncta. Ex istis igitur faciamus gradus, scilicet ex istis quatuordecim punctis, nã vni gradui dando quatuor puncta sunt tres gradus & duo pũcta, & sic medicina est in quarto gradu calida, nõ in summitate quarti gradus, sed in medio quarti gradus, vel in duob⁹ punctis quarti gradus. Ex quo fili patet, quòd multæ sunt cõpositæ medicinæ, quæ vltimatũ quarti, tertij, secundi, primi gradus

nõ habent, quia mittunt vnum punctum vel duo puncta in cõpositione propter generationẽ & corruptionem ad vltimatum finẽ ex omnibus resolutũ in medicina cõposita. Ex quo patet ista quæ suprà dixi, scilicet quòd ex vna qualitate depressa multiplicata cũ altera agẽte resoluta quædam qualitas vltimata in medicina, quę est forma, ex eo quia vna qualitas aliam iuuat similem sibi. Ex quo fili est tibi reuelatum, quòd vna qualitas, quæ secundum simplicitatem indiuidui, hoc est medicinæ simplicis, est patiens, secundum compositionem est agens, & è contrario multùm est tibi fili ista doctrina necessaria in medicinis in quibuscunque artis medicinalis vtentibus ad componendum medicinas quascunque, & ad sciẽdum vltimatum gradum resultatum ex pluribus gradibus, & certificetur quantum potest calefacere, quantum potest desiccare, quantum potest humectare, quãtum potest infrigidare. Quòd verò fili sciri non potest propter confusionem graduationis medicinarũ simplicium aliorũ auctorum, qui qualitatẽ appropriatam ęqualem propriè facie-

faciebant qualitati proprię, quod eſt impoſsibile,& contra curſum naturæ. Nam regem maiorem oportet eſſe in regno ſuo omnibus alijs, quia ſi aliter eſſet, non eſſet rex:& eſſet deſtructa ſimplicitas rerum & dominatio, & proprietas propria & actio & paſsio. Fili valdè prolixa eſt hæc doctrina, ſed ſumus de intẽtione plus de hac materia in præſenti nõ tractare, quoniam in pluribus locis plenè tractauimus de hac doctrina, ad quę te remittimus: vt eſt liber principiorũ medicinę, qui dicitur Ars medicinę, liber qui dicitur de Põderoſitate & leuitate elementorũ. Itẽ liber de Regionibus ſanitatis. Itẽ liber qui dicitur Doctrina de gradibus, in quibus iſta ſciẽtia eſt ſatis diffuſa, quia per iſta quæ hîc diximus, ſatis poteris de hac doctrina comprehendere. Quæſtio. Pater cur hîc non poſuiſtis omnes medicinas, quæ conueniunt & earum gradus, vt ex eis poſsint medicinæ compoſitæ fieri ſecundum traditam doctrinam? Solutio. Fili mi, vt euitetur prolixitas, quoniam ſumus de intentiõne hunc librum compendioſum facere, nõ autem prolixum. Quomodo ergo pater

cognoſcam gradus aliarum medicinarum hîc non explicatarum? Solutio. Fili vt recurras ad antedictaria philoſophorum & ſecundum propriam qualitatem medicinis impoſitam in gradu, ſic de alijs appropriatis iudicabis, vt ſuprà tibi diximus, ſcilicet ſi philoſophus dicit eſſe calidam & ſiccam in tali gradu, ſcilicet quarto à qualitate, quę prius denominatur, incipies dando medicinæ illam proprietatem, quia fili philoſophi illã inuenerũt, proprius eſſe in operatione, & poſtea de alijs qualitatibus iudicabis per doctrinam tibi traditam ſuperius ſecundum maioritatem vel minoritatem cõcordantiæ ad propriam qualitatem, quoniam fili qualitas propriæ qualitati alicuius rei magis concordans eſt ab ipſa magis diligibilis, & ideo circa ſeipſam ponit, vt adiuuet ſeipſam cõtra actionem ſui contrarij. Exemplũ in pipere. Caliditas eſt propria qualitas, & eſt in quarto gradu, opor tet etiam quòd piper ſit compoſitum ex alijs qualitatibus ſicut ex ſiccitate. Nunc quia caliditas eſt rex, conſurgit circa ſe illa qualitas, quæ magis ſecum concordat,

quæ

quæ eſt ſicccitas. Iſta qualitas fili non eſt æqualis caliditati, cùm ſit regina, ſed eſt inferius per vnum gradum. Et quia fili poſt ſiccitatem humiditas magis concordat cum caliditate, ideo humiditas in pipere non eſt æqualis ſiccitati, & quia non eſt æqualis, eſt minor ſiccitate per diſtantiam alterius gradus. Item quia frigiditas eſt contraria caliditati, poſita eſt in pipere infra humiditatem. Ex quo fili multùm euidenter patet, quòd res quę calida eſt in quarto gradu, eſt ſicca in tertio, humida in ſecundo, frigida in primo. Hæc ſit tibi regula generalis ad iudicandum de alijs qualitatibus ponendo in medio figuram C. ſecundum quam potes iudicare de complexione & gradibus medicinarum ſimplicium & compoſitarum. Quæſtio. Pater cur quædam medicinæ quarti gradus ſunt mortiferæ, & quædam non? Solutio. Fili, Quoniam quædam ſunt calidæ, humidæ, ſiccæ, frigidæ in vltimo puncto quarti gradus, quædã in tertio, quædã in ſecũdo, vel in primo, vnde fili facies talem generalẽ regulam. Omnis medicina quæ eſt in quarto puncto quarti gradus

calida, humida, frigida, ſicca, mortife-
ra eſt. Exemplum de calidis, vt napellus,
cardus, viſci, ſquilla, ſola, & oleandrum
cùm occiduntur cerui. De humidis vt ar-
gentum viuum. Item de frigidis vt cicu-
ta & cerebrum capitis. De ſiccis verò vt
arſenicum album, vel rubeum, azarnech,
æs vſtum, viride æs, gipſus &c. Vnde fili
quantum declinant à quarto puncto, tan-
to minus ſunt mortiferæ vt ſquilla, quæ
cùm miſcetur cum multitudine aliarum,
non eſt mortalis ſicut ſola, & ſolatrum
quod non eſt tam nociuum ſicut arſeni-
cum, & iuſquianus, qui non eſt tam noci-
uus ſicut cicuta, & Mercurialis, vel lita-
ria, quæ non ſunt tam nociuæ ſicut ar-
gentum, & ſic de alijs rebus ſimilibus
iſtis. Quæſtio. Pater, quare magis in-
terficiunt res exiſtentes in vltimo pun-
cto quarti gradus calidæ, humidæ &c.
quàm res quæ exiſtunt in vltimo puncto
aliorum graduum? Solutio. Fili: quia
plus in eis retinetur de ſimplicitate eſſen-
tiæ componentis, quæ ſimplicitas eſt in
ſubtili materia naturata plus quàm in
alijs gradibus, iuxta hoc ſufficit tibi ex-
emplum,

emplum, quod ſuperiùs diximus de baſiliſco & fulgure. Et, vt faciliùs intelligas medicinarum gradus, hîc verò tibi octo figuras faciemus, per quas poteris mouere intellectum tanquam medium directiuum ad intelligendum hoc, quod de gradibus ſuperiùs fecimus. In primis enim quatuor figuris continetur ſcientia quatuor medicinarum ſimplicium in vltimo puncto quarti gradus exiſtentium, & in alijs quatuor illarum rerum, quæ ſunt in quarto gradu, ſcilicet in tribus punctis, & in alijs quatuor de illis, quæ ſunt in tertio, & de alijs quatuor de illis, quæ ſunt in ſecundo, & ſic de alijs quatuor de illis, quæ ſunt in primo. Dicto de gradibus medicinarum, congruum eſt, vt dicamus de earum virtutibus & proprietatibus, vt cùm illas applicuerimus ad cœlum noſtrum, reddantur eiuſdem virtutis in millecuplo, quàm ſi per ſe agerent.

CANON XXV.

Qui te docebit priùs, quæ ſunt res attractiuæ.

FIli, in præſenti Canone ſumus de intentione, vt reuelemus tibi quæ ſunt res attractiuæ, vt à corpore noſtro attrahi poſsit quæcunq; res nociua, ſicut ferrum, lignum, apoſtema, &c. & ſunt quæ ſequuntur:

Magnes
Al'.
Pulmones
Ariſto. longa
Lolium
Aſſa fœtida
Cataputia
Tapſia
Dictamus ru.
Cathmia.
Sagapenum
Sulfur
Armoniacum
Petroleum
Scopia regia
Maiorana
Apium
Pulegium
Adeps cunicu.

Applica ergo medicinas iſtas cœlo noſtro, & attrahet tibi omnem rem ſupra modum.

CANON XXVI.

Qui docet, quæ ſunt res purgantes humores, peccantes in corpore noſtro in generali, & primò de purgantibus ſanguinem.

QVædam laxant ventrem, & prouocant quandoque vomitum, quia abominabiles redduntur naturæ, quædam illarum attrahunt humores ſibi ſimiles, vt ſunt reubarbarum, ſcamonea, pſilium iuuante virtute membrorum expellente ad inteſtina, & ex inteſtinis ad extra. Et earum quædam purgant cum viſcoſitate, vt eſt Mercurialis pſilium: quædam cum ſtipticitate, vt ſunt mirobalani, quædam cum acredine, vt ſemen atriplicis, quædam cum dulcedine, vt ſcamonea, caſsia fiſtula, quædam verò cum amaritudine, vt aloes, & aliæ purgant hunc humorem, aut illum. Hæ verò ſunt quę purgant ſanguinem in quacunque parte corporis, ſcilicet:

Caſsia fiſtula	Viola
Manna	Serum

Succus Mercurialis

Pruna	Zucharum
Tapſia	Malua

Vuæ in aurora collectæ.

Item melancholiam purgant iſtæ, quæ ſequuntur, & conferunt quibuſcunque quartanis epilenticis & apopleticis &c.

Lapis lazuli	Thimus
Lapis Armenus	Epythimus
Omnes mirabal.	Ebuli
Stoechas	Camepitijs

Choleram verò purgant iſta quæ ſequuntur, ſcilicet:

Capilli Vene.	Tamarindi
Endiuia	Lingua ceruina

Quatuor ſemina frigida.

Pruna	Reubarbarum
Succus lactucæ	Scabioſa.

Phlegma verò purgant iſta quę ſequuntur, ſcilicet:

Sambucus	Saxifragia
Anacardi	Hermodactylus
Coccognidium	Pyrethrum
Colocynthis	Euforbium
Piper longum	Elleborus albus
Polipodium	Enula campana

Sauina Sennæ
Elleborus niger.

Quatuor radices dureticæ, radix cucumeris agrestis, fumus terræ.

Hæ verò res miraculosę traditæ à Deo, & cũ determinata virtute ad expellendũ mortales atque nociuos humores de corpore nostro. Cùm igitur volueris harum quintam essentiam habere, affige illas in cœlo nostro, & tunc ipsam habebis.

CANON XXVII.

Qui docebit te quæ sunt res, quæ constringunt ventrem & sanguinem, vt affigas illa in cœlo nostro, & sic habeas ipsum constrictiuum.

EA autem quæ constringunt, sunt sicca & frigida, quia ratione stipticitatis constringunt meatus. Quædam verò appropriata, vt rutha vtriusque, & sunt ista, quæ sequuntur:

Corallus Pentaphyllon
Cristallus Portulaca
Aolus Arme. Sanguis co.

Poma

Poma cypreſsi
Terra ſigillata
Succus ſalicis
Plantago
Carabe
Tragacantha
Gummum Arabicũ
Cinis atama
Mumia
Balauſtiæ
Hypociſtis
Virga paſto.
Alumen
Riſum
Milium
Glans
Gemmæ papa
Faba
Berberis
Hematites
Sumach
Myrtus
Accacia
Galla
Tuſalmeſtica
Mala punica

Sanguis vaccæ
Stercus aſini
Argilla
Antimonium
Cortex nucis
Pili leporis vſti
Atramentum vſtum
Cinis fa. ex pan.
lineo ſangui. ex
vena reſtringit
Caules ni. cot.
Lac aſinæ
Caſeus
Pira immatura
Accacia
Menta cum ace.
Litargirium
Spodium
Fraxinum
Cubebe
Caryophylli
Folium
Hiacynthus
Ferrugo
Sanguis draconis
Conſolida minor

Citonia — Sorba
Moracelsi — Myrtus
Amygdala — Simil'a, thutia.

Ex omnibus his, vel quibus vis affige in cœlo nostro &c.& miraculose sanguinem vel ventrem iuxta suum modum restringunt, cùm tibi fuerit necesse.

CANON XXVIII.

Qui docet quæ sunt res induratiuæ, vt scias eas applicare cœlo nostro, vt reddatur tibi induratiuum supra modum, vt applices corpori nostro ad indurandum, cùm tibi fuerit necessarium.

FRrjgida nimis sunt quæ indurant, & quædam ex eis sunt sicca, & sunt illa quæ sequuntur myrrha, psilium, portulaca, aqua lentis, solatrum, iusquianus, affige ergo has medicinas in cœlo nostro, & fiet induratiuum supra modum.

CANON XXIX.

In quo continetur ſcientia eorum, quæ ſunt res mollificatiuæ, &c.

DIcamus res mollificatiuas, vt affigas eas in cœlo noſtro, vt reddamus ipſum mollificatiuũ, vt corpus noſtrum mollificare ſcias, cùm fuerit neceſſe, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur, ſcilicet:

Camomilla	Abſynthium
Eupatorium	Galbanum
Mellilotum	Opopanax
Styrax liquida	Radix Altheæ
Ammoniacum	Oleum vetus
Bdelium	Adeps caprinus
Adeps anſerinus	Adeps hircinus
Medulla ceruina	Malua
Sagimen	Vitelli. adeps pul.

Affige ergo fili quamlibet iſtarum rerum noſtræ quintæ eſſentiæ, & fient tibi mollificatiua vltra modum.

CANON

CANON XXX.

In quo continetur ſcientia illarum rerum, quæ maturant apoſtema.

VEniamus igitur ad naturam rerũ, quæ maturant, & ſaniem educunt, quarum quædam ſunt viſcoſæ claudentes poros, vt virtus naturalis intùs confortetur, & materiam apoſtematis digerat, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur, ſcilicet:

Radix Altheæ	Stœchas
Semen lini	Fenugræcum
Ladanum	Styrax liquida
Anetum	Fermentum
Vuæ paſſæ	Ficus paſſæ
Butyrum.	

Affige quaſuis iſtarum medicinarum in cœlo noſtro, & fiet tibi maturatiuum vltra modũ, vt applices illud corpori noſtro, cùm neceſſe fuerit.

CANON XXXI.

Qui te docebit, quæ ſunt res corroſiuæ, vt illas cœlo noſtro applicare ſcias, & quæ ſunt res vlceratiuæ, te docet.

COrrosiua & vlceratiua differunt inter se, quoniam corrosiua sunt illa quæ carnem corrodunt & cutem: vlceratiua verò sunt, quæ cutem rumpunt, sed carnem non comedunt, vnde corrosiua sunt ista, quæ sequuntur, scilicet:

Aes vstum	Viride æs
Arsenicũ vtrunq;	Cuperosa
Vitriolum	Antimonium.

Sed vlceratiua sunt ista, quæ sequuntur & mortificatiua:

Thucia	Euphorbium
Alumen	Sublimatus
Sapo	Piper nigrum
Os sepiæ	Calx viua
Pyrethrum	Schœquinantum
Cinabrium	Lac latereę, alij lac e-
Radix asphodelorũ	Galia (sule
Flamula	Argentum viuum
Cantarides	Balaustia,
Lac ficus	Spuma maris.

Affige ergo fili omnes istas res iuxta modum suum quintæ essentiæ nostræ, & talis tibi fiet, vt applices illas corpori nostro, cùm necessarium fuerit.

CANON XXXII.

Qui te docebit, quæ ſunt res conglutinatiuæ, & vulnerum mundificatiuæ, & conglutinatiuæ carnis ſunt iſtæ medicinæ, quæ ſequuntur:

Gipſum	Serpentaria
Folia cypreſsi	Cortex thuris
Sarcocolla	M rrha
Bolus	Bdelium
Aloes	Lolium
Amylum	Sanguis draconis
Aſphaltum	Tegula vſta
Balauſtia	Omnes cõſolidæ li-
Teſta oui	(tar.

Sinficura, alij non habent.

Affige ergo iſtas medicinas in cœlo noſtro, & retinebit eorum virtutem & proprietatem.

CAONON XXXIII.

Qui te docebit, quæ ſunt res aperitiuæ, vt ſcias illas noſtro cœlo applicare, cùm neceſſe fuerit.

EST autem ſciendum, quòd quædam ſunt iſta, quæ vehementer aperitiua ſunt, quæ præcipuè valent ad fortem oppilationem ſplenis, vt ſcolopendria, quædam verò debilia in operatione, vt vrtica. Et aperitiua ſunt iſta quæ ſequuntur, ſcilicet:

Capparis	Caſſutha
Aſphodelus	Acorus
Coſtum	Leuiſticum
Genziana	Baccæ lauri
Zinziber	Stoechas
Ruſtus	Ptiſana
Aſſarum	Agaricus
Ariſtologia ro.	Praſsium
Polium	Cyperus
Peonia	Fumaria terræ
Chelidonia	Semen vrticæ
Hyſſopus	Abrotanum
Abſynthium	Lac fœminæ
Lacca	Vinum baſtardum
Porrum	Orobus
Cubebe	Eupatorium
Squilla	Fiſtici
Spuma maris	Cucumeres ſilue.
Iris	Apium

Casſia fiſtula
Aloes
Fabæ
Marathrum
Lupinus
Pix liquida
Farina hordei
Semen atriplicis
Anetum
Staphiſagria
Tamariſcus
Semen porri
Dictamus
Hypericon
Spica nardi
Camedryos
Chamæpitijs
Scariola
Cinamomum
Sambucus.
Bulbus
Aniſum
Daucus
Ozimum
Gentiania
Fermentum
Aloes epaticum
Semen melonum
Fel porci
Glycyrrhiza
Stercus canis
Raphanus
Mel nouum
Xilo aloes
Petroſelium
Azente, alij anethũ
Calamentum
Xilo caſsia
Policaria

Affige ergo fili quaſuis iſtarum medicinarum in cœlo noſtro, & fiet tibi aperitiuum ſupra modum ad quamcunque oppilationem corporis noſtri.

CANON XXXIIII.

In quo continetur ſcientia mundificatiuarũ medicinarũ, vt in vulneribus mundificent, & venire faciant ſpiritum & ſenſum ad membrum, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur, ſcilicet:

Ariſtologia longa	Aloes
Ceruſſa	Lithargyrium
Aſphaltum	Filtrum vſtum
Orobus	Thus
Iris	Mel
Myrrha	Semen tamariſci
Plumbum	Pili leporis vſti.

CANON XXXV.

In quo continetur ſcientia rerum, quæ attenuant, vt ſcias illas noſtro cœlo applicare, cùm fuerit opus.

SVnt enim iſta quæ verè attenuant & diſſoluunt calore ſuo: ſeparant enim partes

prtes rei,in qua agunt ſuo proprio calore & ſunt iſtæ ſcilicet:

Abrotanum
Ameos
Agaricus
Balſamus
Camomilla
Bulbus
Cuſcute
Ammoniacum
Alumen
Capparis
Chamedrijs
Gentiana
Iris
Policaria
Rutha
Sagapenum
Stoechas
Sanguis muſtellæ
Cyperus
Mentaſtrum
Semen vrticæ
Petroleum.
Cinamomum
Eupatorium
Pinguedo leonis
Ariſtolochia
Aſſa fœtida
Allium
Aſphodelus
Camepithijs
Calamentum
Praſsium
Cortex citri
Sambucus
Caſtoreum
Pix naualis
Xylobalſamus
Polium
Pœonia
Tapſia
Terebinthi
Opopanax

CANON XXXVI.

In quo continetur ſcientia rerum quæ incidunt, vt illas noſtro cœlo applicare poſsis, vt reddatur tibi inciſiuum, cùm opus fuerit.

MEdiocriter incidunt & diuidunt omnia acetoſa in communi, ſed ſunt aliæ medicinæ, quæ ſpecificè agunt, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur:

Cyperus	Chamæpitijs
Petroleum	Eupatorium
Camedrijs	Acetum
Vitrum	Scylla.

Affige ergo iſtas medicinas in cœlo noſtro, & fiet vltimante inciſiuum ad incidendum humores groſſos de corpore noſtro.

CANON XXXVII.

In quo continetur ſcientia rerum diaforeticarum, vt ſcias illas cœlo noſtro applicare, vt fiat in ſummo diaforeticum.

DIaforetica ſunt propriè calida, & per poros humores in ſummo extenuant & euaporant, & ſunt iſta quæ ſequuntur, videlicet:

Pyrethrum
Salnitrum
Maiorana
Agaricus
Ariſtolochia
Radix cucume. agreſtis
Baucia
Adyanthos
Galbanum
Vetus oleum
Radix aſphodeli
Rutha domeſtica
Ficus
Raphanus
Pix
Semen vrticæ
Aſſa fœtida.

Affige iſtas medicinas in cœlo noſtro, & fiet tibi diaforeticum, vt applices illud corpori noſtro.

CANON XXXVIII.

Qui docet, quæ ſunt res repercuſſiuæ, vt illas applicare ſcias cœlo noſtro, vt fiat repercuſſiuum ad prohibendum malos humores, & repercutiendum à membris humidis.

Reper-

Repercussiua sunt illa, quæ humores à patienti membro, vel parte repercutiunt, id est, prohibent ne currant, & sunt ista, quę sequuntur:

Acetum
Chimolea
Barbassus
Bolus Armenus
Glandes
Paritaria
Cicuta
Memitæ
Vua millana
Quinque neruia.
Solanum
Oleum rosaceum
Hyoscyamus
Papauer
Semperuiua
Plantago
Acacia
Hypocistis

Affige ergo fili qualitatē istarum medicinarum quintæ essentiæ nostræ, & fiet tibi repercussiuum vltra virtutes medicinarum.

CANON XXXIX.

In quo continetur scientia rerum, quæ obdormire faciunt, vt vtaris illis applicando cœlo nostro, cùm necesse fuerit: faciunt obdormire, quæ sunt nimiæ frigiditatis, quia frigiditate constringunt neruos,

ûos, & humiditate ſua mulcent ſpiritus & cerebrum, & ſunt iſtæ quæ ſequuntur, ſcilicet:

Semen hyoſciami	Lenticula aquatica
Semen papa. n.	Portulaca
Semen papa. albi	Opium
Mandragora	Salamandra
Piſcis qui dicitur torpedo	Bis cocta cum aqua frigida
Pſyllium.	

Has quippe res affige in cœlo noſtro, & facient obdormire mirabiliter quodlibet animal comedens vel bibens illud.

CANON XL.

In quo continetur ſcientia mordificantium, in effectu mordificatiua ſunt illa, quæ habent acumen, & ſunt iſta, ſcilicet:

Folia oliuæ	Flos æris
Arſenicum rub.	Porrum
Succus elleb. albi	Azarnech
Cuperoſa	Suc. elleb. nigri
Alumen	Radix cucu. agreſtis
Atramentum	

Arſeni-

Arſenicum album	Aes vſtum
Cantarides.	

Affige ergo iſtas medicinas in cœlo noſtro, & fiet tibi mordificatiuum, vt applices corpori noſtro, cùm fuerit neceſſariũ.

CANON XLI.

Qui docet, quæ ſunt res confortantes corpus noſtrum.

COnfortantes medicinæ ſunt iſtæ, quas hîc ponimus, vt reddatur confortatiuum cœlum noſtrum ad confortandum cerebrum, cor, inteſtina, & alia membra corporis noſtri, cùm opus fuerit.

Stoechas	Cinamomum
Omnes mirobalani	Sandali
Aurum	Cardamomum
Ambra	Spica nardi
Sumach	Corallus
Folium	Borago
Xylobalſamus	Scariola
Galanga	Caulis
Poma citri	Moſchus
Argentum	Spodium
Camphora	Nux muſcata
Berberis	Ozimum

Cype-

Cyperus	Cubebe
Calamus arom.	Sponſa ſolis
Macis	Aqua roſa
Styrax liquida	Perle
Aqua ardens	Caſſutha
Xylocaſsia	Menta
Cariophyli	Balſamus
Crocus	Vnicornium
Zedoaria	Carui.

Affige ergo fili quintam eſſentiam noſtram his medicinis, & habebunt vim confortatiuam ad omne membrum.

CANON XLII.

Qui te docet, quæ ſunt res veneno repugnantes, vt affigas illas in cœlo noſtro, vt habeant vim repugnandi veneno plus quàm magna tyriaca, & ſunt iſta, videlicet:

Vitriolum	Dictamus albus
Gentiana	Cornu cerui
Alleum	Scopia regia.

Affige ergo fili iſtas medicinas quintæ eſſentiæ noſtræ, & habebunt vim repugnandi veneno milleſies plus quàm tyriaca.

Diximus

DIximus de virtutibus medicinarũ,& quomodo poteſt haberi earũ quinta eſſentia ad habendum earum virtutem plus quàm ſi per ſe poneretur. Cõgruum eſt, vt dicamus quomodo haberi poteſt quinta eſſentia de mineralibus, poſtquam de vegetabilibus tractauimus.

CANON XLIII.

Qui te docebit doctrinam prædictam.

SIcut diximus ſuprà, quomodo extrahere potes quintam eſſentiam à vegetabilibus & lapidibus, ſic potes extrahere à mineralibus ſecundum ordinem generalem. Sed quia intellectus plus de re ſpecifica intelligere poteſt, ſi de ipſa ſpecialis fiat ſcientia, quàm ſi fiat generalis: igitur de metallorum quinta eſſentia ſpecificè tractabimus. Vnde fili tu in virtute eloym accipe aquam Mercurij quæ facta ſit per modum, quem in noſtro Teſtamẽto diximus, & in libro, qui Mercuriorum intitulatur, in capitulo quod incipit: Tu fili de lunario liquore &c. Et in iſta aqua fili diſſolue ℥ quinq; lunæ puriſsimæ, poſt diſtilla-

ſtillationem filtratam ſeparetur aqua à fecibus, in qua vadit limoſitas aquæ. Hęc aqua fili eſt reſolutiua omnium aliorum corporum & ſui argenti viui, cuius virtute fili margaritæ reformantur in natura priſtina in modo, quo diximus in noſtro Teſtamento, & in Compendio ſuper Teſtamentum & Codicillum miſſum regi Roberto. Secunda verò aqua fit ſic, ſcilicet, quòd capias plumbi mediam vnciam, & de prædicta aqua quod ſufficit, poſtquam videris plumbum diſſolutum ſepara aquam per diſtillationem filtratã, & feces extrà mitte, quia nihil valerent, poſt hoc verò diſtilla aquam per balneum, & ſerua feces ad tempus opportunũ. Tertia verò aqua ſic fit, capias de cupro vnciam vnam, & illud diſſolue in tanta quantitate aquæ primæ quanta volueris, & tibi viſum fuerit, & dimitte illã quieſcere in ampulla ſua in frigido loco poſt vnã diem naturalẽ: poſt hoc verò ſepara aquã viridem per filtri linguam, & primas quidem feces extrà mitte, deinde diſtilla aquã per alembicum, & diſtillata ſerua feces ſecundas. Quarta verò aqua ſic fit: accipe

℥ vnā ſtanni puriſsimi de cornualha, quod eſt purius omni alio, & illud diſſolue in aliqua quantitate primæ aquæ & diſtilla, poſt hoc aquam illam cum limoſitate ſua & feces quę remanſerint, extrà mitte: poſt hoc diſtilla aquam per alembicū, & ſerua feces ſecūdas. Aqua verò quinta ſic fit: accipe ℥ vnā ferri puriſsimi, & diſſolue ipſum in tanta quantitate, quòd ſibi ſufficiat de aqua prima, poſt hoc diſtilla per filtrū, & mitte feces extrà, & diſtilla aquā per alembicum, & ſerua feces ſecundas. Sexta verò aqua ſic fit: accipe ℥ vnam auri puriſsimi, & diſſolue ipſum per modum quem tibi diximus in noſtro Teſtamento, ſcilicet cum lunaria pura, cum tanto pondere aquæ quintæ eſſentiæ, & fac ſicut feciſti de alijs. Item fili tu omnia iſta metalla diſſoluere potes iſto ordine: facta aqua prima in illa diſſolue metallum, quod modo ſecundario tibi diſſoluere præcipimus, deinde fac de iſto ſicut priùs tibi diximus, & in aqua ſecunda diſſoluas metallū tertium, & in aqua ſecunda tertij metalli diſſoluas metallum quartum, & in aqua quarti metalli diſſoluas quintū metallū, & in aqua

quinta

quinta metalli dissoluas metallũ sextum. De quauis istarum aquarũ accipe secundum quod tibi visum fuerit ad dissoluendum metallum. Fili hæ limositates metallorum dicuntur quintę essentiæ seu Mercurius ille mineralis, quẽ philosophi considerauerunt in opere Alchymico & lapidifico, & in opere medicinali. Sed fili in opere Alchymico, istę quintę essentię considerãtur subtiliùs, quia in subtiliori materia, propter quod fit per diuisionem elementorum, vt in tertio libro huius voluminis dicemus. In lapidibus verò quintæ essentiæ non sunt ita in tanta subtili materia per magisterium propinqua. In medicina verò quælibet pars respectũ habet.

DIcto de quinta essentia mineraliũ, qualiter potest per subtile magisterium haberi à manibus nostris: nũc congruum est, vt dicamus de diuisione illarum in generali.

CANON XLIIII.

Qui docet istam doctrinam.

AD inclinationẽ magisterij huius fili mi facias sic, quãdo verò metalla tuæ

fuerint resoluta, tu quippe diuides aquam quamlibet ad partem, & diuidas quamlibet aquam in partes duas, & vnam partem vniuscuiusque partis pones cum proprijs fecibus in alembico vitreo, & distillabis in limo deserti, qui est aer factus ex duobus corporibus in furno, quem tibi priùs designauimus cum igne suaui, & resplendet cum modica virtute minerali, & cum magna limositate appropriata ad virtutes cœlicas recipiendas, & in quacunque illarum aquarum mittes in ampulla vitrea cum collo longo, & cum collo rotundo, & post hoc claude eius orificium cum cera communni, & pòst cum mastice, & quamlibet illarū ampullarum pone in sereno loco taliter, quòd nec lapis, nec aliqua alia res quamuis nociua possit tangere ratione vitri. Fili, tu capies feces materiales, à quibus limum resoluisti, quæ sunt secundæ feces per euaporatam sublimationē in partibus aquarum, quas misisti ad serenū locum, & illas mittes in ampulla vitrea cū collo longo, quæ contineat duos palmos, & intermitte partem suæmet aquæ, quę reseruatur de illa

limosa

rimosa iam dicta, & claude ampullas cum clausorio ceræ, & alutę & masticis, sicut alteri fecisti, & sepeli illas in horto in terra bene grossa in profundo vnius palmi cũ dimidio, & ponas illas, quamuis etiam aliam rem in gyro colli ampullarum, quæ appareat extrà ad illius conseruationẽ, & sint hîc per vnum annum integrum. Sic igitur fili facies in Alchymia transmutatoria, scilicet aerem cum terra foliata, & simul sepelies in terra in vna ampulla, & ignem pone in alteram ampullam in loco sereno, sicut de alijs fecisti. Fili, vis scire istam triplicẽ scientiam, necessarium est tibi qualiter locum locatum generat scire de sua propria natura. Fili, vnius naturæ sunt aquę, quę mittuntur in terra, & alterius quæ ponuntur ad aerem: quoniã fili illæ, quæ mittuntur in terram, habẽt vim & virtutem induratiuam cuniculatiuam atque fixatiuam. Et illæ, quę sunt in aere, habent virtutẽ & proprietatẽ iudurandi, cuniculandi & fixandi, passiuè tamen intellige fili. Finito quippe anno, tu habebis omne illud, quod à mundo desideratur ad hoc opus, vel ad illud, de quo potes ad pla-

citũ tam in magiſterio Alchymico quàm in lapidifico & in medicinali. Vnde fili mi ponemus tibi regulam generalem ad vtrunq; opus, ſcilicet lapidificum & Alchymicum. Quando igitur fili mi volueris componere lapidem tranſmutatorium vtrunque, vel quemcunq; alium, reſpice lapidem precioſum, cuius eſt coloris & virtutis. Item reſpice, vtrũ lapis tranſmutans habet eſſe albus vel rubeus, & ſic conditionabis aquas tuas in miſcendo quaſdam cum alijs in magiſterio precioſorũ, ſic Smaragdus, qui componitur de aqua induratiua argenti, & de aqua ærea cupri. Item Adamas, qui componitur ex aqua induratiua argenti, & ex aqua induratiua, vel etiam aqua aerentata argenti. Item Pallax, qui componitur ex aerentata argenti, & ex aqua terreſtri argenti, & ex aqua terreſtri auri mixtus æqualiter. Item compoſitio Berilli, qui fit ex æquali pondere aquæ aerentatæ argenti, & aquæ aerentatæ ſtanni mixtis æqualiter, & ex aqua terreſtri argenti. Item Mandina, quæ componitur ex aqua aerentata ferri, & ex aqua terreſtri, ſeu induratiua eiuſdẽ, ſcilicet

cet ferri. Item Carbunculus, qui cõponitur ex aqua induratiua auri, & ex aqua aerentata eiuſdem. Item Topazius, qui componitur ex aqua aerẽtata ferri, & ex aqua induratiua auri. Item Elitropia, quę componitur ſicut Smaragdus, niſi quia cum aqua aerentata cupri miſcetur, & eſt pars aquæ aerentatæ ferri, & cum induratiua, ſimiliter tantùm de induratiua ferri. Item Sapphirus, qui cõponitur ſicut Adamas, niſi quòd cum aqua aerẽtatæ lunæ miſcetur de aqua aerentata ſtanni. Item Hiacynthus, qui componitur ſicut Alamandina, niſi quòd additur de aqua aerentata auri, & aqua aerentata ferri. Item Perlæ, quæ ſecundum hanc viam componuntur ex aqua aerentata lunæ, & ex aqua aerentata ſtanni, mixta cum aqua aerentata lunæ ad quintam partem aquę lunæ, & ex aqua induratiua ſtanni, & multi lapides alij, qui cõponuntur ſecundum hanc doctrinam, quos longum eſſet enarrare hîc in præſenti libro, quòd tot lapides poſſunt componi ex illis aquis, quot ſunt in rerum natura, & tot habẽt virtutes, quot naturales, vt ſuperiùs diximus in theorica huius

ca huius libri, & diximus ꝓlixiùs in nostro Lapidario per totum, ideo in hac parte te ipsi remittimus, quia ibi largè continetur hæc doctrina. Item in compositione lapidis philosophorum rubei sic facies tu fili, capies aquam induratiuam auri, quæ est aer ex terra mixtus, & post hoc capias aquam aerentatam, quæ est ignis, & misce secundum regulam generalem, quæ se extendit ad omnes lapides secundum magis & minus in sequenti Canone.

AB

CANON XLV.

In quo continetur prædicta doctrina.

Filli omnium lapidum compositio concordat in induratione, fixatione & vmbra solis, & ignis communi decoctione, sed in quantitate ignis & aliarũ rerũ.

Quæstio. Pater quomodo vnus lapis vnius naturæ tantum potest sufferre ignem, sicut alterius, cùm clarè videamus, quòd quidam lapides magis sunt indurati quàm alij, & alij habent colorem hunc, alij

alij illũ? Solutio. Fili ſuperiùs diximus tibi quòd forma agit ſecundum diſpoſitionem materiæ, etiam fili lapides habent diuerſas materias diuerſimodè aptas ad accipiendum actum formæ, ideo materia quælibet actum illius recipit, ſecundum quod conuenit ſuæ naturæ, ſicut materia ceræ vel butyri, quæ funditur per ſolem, & materia argillæ, quæ induratur. Item fili motus orbis, qui mouetur in generatione lapidum, & totum in vna quantitate temporis, & tamen actus eius diuerſimodè aſsituatur & agit in lapidibus iam ſic, quòd ipſe motus vnus eſt in ſeipſo, ſed diuerſitas cauſatur ex materijs rerum diuerſimodè accipientium actus illius. Vnde fili in Chriſti nomine facies ſic, ſi tu vis componere quemcunq; lapidẽ, neceſſarium eſt tibi cognoſcere virtutes potentiæ & colores, quos minerales aquæ acceperunt ex influentijs cœleſtibus, & determinationem formæ, in quam mutantur per proprietatẽ materiæ ſpiritus ſui aquatici, in quo retinetur. Quia fili vnius virtutis eſt aqua auri, alterius aqua argenti. Item vnius virtutis eſt aqua aerea, alterius

aqua terrea. Et hæc per dictã determinationem materiarum, metallorum resolutorum in spiritus aquaticos, in quibus retinentur dicte influentiæ cœlestes. hoc idẽ tibi dicimus de coloribus diuersis secundum naturam vniuscuiusque metalli. Et tibi diximus in nostro Testamẽto & Codicillo, & valdè, si bene nos intellexisti, quia hoc non est nisi sulfur & argentum viuũ, & ex his accipiunt subtilem omnem colorem & determinationem. Facias igitur fili mi in Dei nomine moles tuas ex argento secundum formam, quam affectaueris, quòd lapis quiuis oriatur, & circumquaq; dabis moles argẽteas cum cõmuni cera, vt forma moles maneat intrà: & dum fili intellexeris, quòd moles ceræ acceperit molem & formam molis argenti, diuide ceram ab argento: dum ergo hoc compleueris, & volueris componere quemcunq; lapidem. Tu verò per præsens accipias vnum vas factum in modo, quem tibi inferiùs designabimus, & sit diuisum in duas partes, quarum vna sit fundus, altera verò coopertorium & quod sit factum taliter, quòd coopertoriũ ingrediatur iu-

ſtè cum corpore inferiori per ſpaciũ vnius digiti, deinde fili capies ex aqua cuiuſuis metalli, quæ virtutem habet induratiuam & vigoratiuã per cœleſtem influentiam, vel ſimplicẽ vel mixtam cum altera, vt apparet in doctrina Canonis pręcedentis, & accipe molẽ ceræ, & confeſtim mitte taliter, quòd natet ſuper terreſtrem aquam per ſpacium vnius Aue Maria, & vnius Credo in Deum, vel etiã per quartam partẽ horæ cooperculo ſuprà poſitò. Fili hoc fit, vt dicta moles tãtum ab intùs, quãtum ab extrà impleatur vapore aquæ, vel aquarũ terreſtriũ rarificato in aere taliter, quòd cõtingat elementorũ proprietates, in quibus quieſcit virtus mineralis multipicata cœleſtibus virtutibus tangendo immediatè molem ceræ, tamen non dicimus tibi, quòd tota concauitas impleatur dicto vapore molis ceræ conuerſæ in aquam, ſed quòd implebitur vapore aquæ, vel aquarum inuiſibili, à quo concauitas molis ceræ accipiat virtutem ad indurandum aquam aeream, quæ poſtea intromittatur in lapide precioſo, & quòd lapidificatiua ſic ſpiret, & illuminet de

net de cerea ad finē, quòd postea inspiret in aquam, quæ conuertitur in lapidē missum intùs in vase. Fili mi, istud est vas minerale, quod nobis præparauimus in respectu naturalis, in quo per artificiū subtile natura influit minerales virtutes spiritibus meditantibus, & sic talis locus certus & determinatus propriū locatū gignit virtutibus, quæ in eo retinentur. Quoniā fili dictum est & declaratum in libris nostris, quòd omni tempore locatum locus gignit, & hoc nō fit nisi cœlicis proprietatibus, quæ influunt in illo, quibus virtutibus mineralibus virtutes crescunt, sicut illarum vasa demonstrant ad oculū omni die, & etiā natura illius, qui est amator veritatis. Intellige ergo fili primas causas, quę ducunt entia de potentia in actū cum propria theorica: Fili mi, si tu nequaquā habes practicā mixtam cū theorica, nihil quasi valet totum, quoniam necesse est, quòd propria intentio priùs sciatur cum theorica, quàm pratica necesse est quòd informetur. Finita igitur quarta parte horæ, vel Salue regina, vel Credo, mitte intùs in mole de aqua aerētica, quæ fit ex vaporibus

ribus

ribus vniuscuiusque metalli secundum lapidem, quem componere intellexeris ad formam molis: quoniam fili formã, quam lapis debet habere, à mole ceræ accipit. Post hoc cooperi vas cum suo coperculo, & non lutes iuncturas cum aliqua re, & pone vas ad vmbrã per horas quatuor taliter, quòd sal non appropinquet, & ad finem quartę horę videbis aquam congelatam, quam tu misisti intùs in mole tua ad modum granæ transparentis ad modũ pastæ cum appareat serenitate. Propterea dum videris, quòd aqua lapidẽ inspissauit, tunc tẽporis aqua constricta accipiet formam à mole ceræ iam prædictæ: postea verò aperi fili vas tuum, & gyra molem cerę ad interiùs & superiùs taliter, quòd substãtia aquæ gelatæ tangat substantiã aquæ durantis & congelantis immediatè, post hoc claude vas multùm bene, & pone cũ suo cooperculo, & claude iuncturam cum pasta, facta de farina siliginis, & pone ad solem per tres dies: & tunc per virtutem balneationis, quam accepit lapis post suã formationem, induratur virtute propria constrictiua mineralis illius, & hoc per

calorem

calorem ſolis mouentem virtutem naturalem informatiuam, quæ ſtat in elementorum qualitatibus cum ſuis inſtrumentis. Præterea cùm videris lapidem tuum induratum, & multùm benè congelatũ, diuide ipſum à mole ceræ ratione ſuæ conſtrictionis, tunc tẽporis tu potes cognoſcere terminum ſuæ indurationis, non obſtantibus coloribus accidẽtalibus, qui apparebũt in illo & vſquequaq; transgrediatur per digeſtionem tertiam, quæ fili fit cum igne cõmuni, quem tibi inferiùs dicemus. Extrahe illum de aqua, & illum pone ad partem, & ſerua ipſum in vaſe vitri per modum, quẽ tibi inferiùs deſignabimus factis. Fili terrea formatio fit per tẽpus longius cum certa determinatione ſicut aliæ, in qua verò quieſcunt omnes tanquam in fine perfectionis. Iſta formatio fit in tripode arcanorum, qui eſt furnus philoſophalis deputatus ad hoc, vt videre poteris per figuram inferiùs deſcriptam. Accipe igitur in Chriſti nomine lapidem tuum induratum, ſicut eſt in vaſe ſuo, & pone ipſum in olla, quæ eſt ſuper gazolam, & ſuperpone aliam ollam, & da ſibi

sibi ignẽ de serratura per nouem dies naturales continuos. Fili, hic est locus deputatus per artificium sicut vult natura. Finitis ergo diebus prędictis, abstrahe, & videbis hoc, quod tibi ars de potẽtia in actũ deduxerit cum suis instrumentis naturalibus, tunc igitur vtere illo secundũ conditionem & virtutem suæ naturæ. Quæstio. Pater, si lapis philosophorũ cadit in doctrina formationis istius? Fili, hæc regula non solùm ad preciosos lapides, sed etiam ad lapidem philosophorum extenditur, quoniam fit ex vna parte suæ claræ aquę, ex qua ars componitur, quod voluit cum suis proprijs instrumentis sicut ex altera sunt alteræ duæ aquæ, per quas formatur tota ars Alchymię, quia vna aquarũ facit lapidem volatilẽ: altera verò fixat ipsum cùm vult. Et in hac fili natura operatur, facta per Alchymiam cõformantur, sed sunt alterius naturæ. Hæc differentia fili causatur per elementorum diuisionem, & tamen fili ars vtraque à natura nõ discrepat quantum ad principium sui.

DISTIN-

DISTINCTIO SECVNDA DE APPLICATIONE QVINTAE *essentiæ ad corpora humana.*



Icto de magiſterio primi libri, in quo dedimus theoricam quintæ eſſentiæ, & declarauimus modum extractionis eius à quacunque re elementa. In quo etiam tractauimus generaliter de magiſterio lapidum precioſorum & Alchymicorum. Congruum eſt, vt dicamus qualiter omnes iſtæ quintæ eſſentiæ applicentur ad corpus humanum, vnde iſte liber ſic intitulatur: Deus tu es ſummè metuendus, qui es finis & perfectio omnium qui te metuunt, & à quo omne, quod eſt optimum, procedit.

SECVN-

SECVNDVS LIBER HVIVS VOLVMINIS, QVI APPELLATVR DE REMEDIIS *vltimatis generalibus ad commodum corporis nostri conditus.*

FIlli, in hoc præſenti libro tractare intendimus de applicatione quintæ eſſentię ad corpora humana ad finem, vt per illum curentur omnes morbi incurabiles ſecundum iudicium modernorum medicorũ. Sed qui vult profundè indagare naturæ principia, quæ deteximus hîc, cùm tamẽ omnia plenariè nequeant per ipſum attingere, iſti quippe inter entia ſciant, & etiam eorum naturas & complexiones & virtutes contra infelicitatem naturæ: per ea quippe, quæ in præſenti libro deſignamus fili, ſcias remedia procurare corpori humano ſubitò, & quaſi miraculoſe, vt viri Euangelici reducantur habiles animo aduerſus imperfectionis labores. Quoniã præſens liber diuiditur in partes duas, ſcilicet in Procemium & Tractatum applicationis.

cationis. Prima pars hæc est. Fili, in hoc &c. Secunda, Magisteriũ in cura incommodorum. Item secunda pars diuiditur in tot partes, quot sunt curæ. Item fili subiectum huius libri est quascunque infirmitates quantumcunq; graues etiam desperatę curæ sanare, nisi vltimus terminus sit cõstitutus à Deo. Item finis, quare ipsum reuelamus clarè de se manifestus est. Fili, in hoc præsenti libro specificata est doctrina curationis omnium morborum à capite vsq; ad pedes, & composuimus librum contra nostram intentionem, ex eo quia priùs ipsum diximus fieri compendiosum. Quapropter fili vnam regulam generalem situabimus, vnde posint omnes à capite vsq; ad pedes curari cum nostra quinta essentia. Postea verò descendemus ad aliquam specificam causam collationis, vt secundum doctrinã quam de ipsis dabimus, sciet quilibet inuestigator veritatis de alijs practicare secundũ suum modum, vnde sequitur.

CANON I.

Quomodo impedimenta somnij euitentur, &

tur, & iuuentus priſtina reſtauretur, & omnes morbi à capite vſque ad pedes in generali curentur.

MAgiſterium in cura incommodorum à capite vſque ad pedes ſic fili cõdies, ſcilicet quòd tu reſpicias infirmitatem, cuius eſt generis, et cuius ſpeciei: et reſpicias, cuius eſt qualitatis et quantitatis, et vtrũ eſt nimis moleſta vel non, túnc recurre ad noſtrum librum de ſimplicibus medicinis, et medicinas quas inueneris appropriatas doloribus, appone in noſtra quinta eſſentia, et applica vel in potu, vel ab extrà, et citò, et in modicum tempus erit perfectè curatus à quacunque infirmitate. Quæſtio. Pater, quomodo cognoſcam gradum infirmitatis qualitatis, cùm nullus philoſophorum talem doctrinam poſuerit in libris ſuis? Solutio. Fili mi, recurras ad principia medicinæ, et ad librum de regionibus ſanitatis, et ad figuram de contrarijs, et ad librum vrinarum et pulſuum, quos ſuper artem medicinæ compoſuimus. Quæſtio. Pater, quomodo cognoſcam dictas medicinas, ſi

librum de ſimplicibus habere non pote-
ro? Solutio. Fili, tu recurras ad libros phi-
loſophorum, quia ſi non perfectè tracta-
uerint, tu per eorum doctrinam meliùs
operaberis quàm per teipſum probando
medicinam iſtam, aut illam. Si inueneris
impedimenta ſic euitantur, & iuuentus
priſtina ſic reſtauratur vſque ad termi-
num nobis à Deo cõſtitutum, & eſt, vt ac-
eſſentiam cipias quintam aquæ ardentis conditio-
natam per modũ primi libri, infra quam
infunde quintam eſſentiam auri & perla-
rum, aut ipſum aurum & perlas, & hac
mirabili potatione potet ſenex mane &
ſero ad quantitatem ſeminucis plenæ, &
infra paucisſimos dies ad tantam incolu-
mitatem deueniet, vt manifeſtè & ſenſi-
biliter ſentiet ſe ad priſtinam iuuentutẽ
deueniſſe, tamen cautela eſt in hoc tem-
pore vino temperatè vti. Si verò addideris
quintam eſſentiam vulgo, ſic erit magi-
ſteriũ fortius in operatione, vtatur enim
his diebus bonis comeſtibilibus, & vino
quod biberit addat quintam eſſentiam au-
ri & perlarum, ſicut te docuit primus li-
ber diſcretè & multũ ſolerter. Hæc eſt re-

gula,

gula, quam ſeruabis in detrimento ſenectutis & iuuentutis recuperatione. Quæſtio. Pater, videtur mihi impoſsibile, quòd ſenectus retrogradetur ad iuuentutem, quoniam ſi hoc eſſet verum, nullus principum tyrannorũ deueniſſet in mortem, etiã nullus alius vtens hac medicina, quia ſic Deus eſſet cõtra ſeipſum, vt patet Geneſis ſexto. Solutio. Fili, nõ dicimus tibi de retrogradatiõe, ſed de illa, quę vltra naturã deuenit, ſicut videmus quotidie, quòd plures homines ſunt quinquaginta annorum, & ratione complexionis, vel alicuius corruptionis apparent ſecundum rei veritatem ſexaginta vel ſexagintaquinque annorum, & ſic de alijs qui nondum habent triginta annos, & apparent ſecundũ rei veritatem quinquaginta annorum, huic tali intendimus per doctrinam huius Canonis ſuccurrere, vt nõ ſeneſcat magis quàm per naturam poſſet ſeneſcere, & quòd reuertatur ad priſtinum ſecundum ſenſum, & vires recuperet, & canos mutet in rubrum vſque ad diem mortis ſuæ conſtitutæ per Deum.

CANON II.

Qui docet Magisterium in suscitatione mortuorum, quod est vnum de secretis maximis in hoc libro.

IN hoc Canone mortuos appellamus non illos qui simpliciter sunt mortui, sed illos de quibus vltimatè desperatur, ita quòd à medicis & à vitæ actibus sunt derelicti in tantum, quòd etiam sensibus non vtuntur, huic mortuo in tali desperatione subuenimus, vt satis citò resurgat, & loquatur & viuat, nisi sit ille vltimus terminus à Deo constitutus. Et magisterium huius secreti est, vt tribuas sibi quintam essentiam per se solam, & statim in modicum tempus resurget viuus dum in stomacho transglutiens influat cordi radium vitæ naturalis, & defunctam naturam ipsam videbis reparare. Et si vis fili, quòd hoc fiat in parte decimaquinta horæ, vel quasi in viginti punctis horologij, ita vt à circumstantibus credatur illusio vel miraculū euidens, habeas chelidoniā,

cuius

cuius flos & fructus est in colore auri intentiùs & quatuor elementa extrà per magisterium primi libri, & accipe de elemento ignis, quod est tanquam liquor olei, & affige nostræ quintæ essentiæ in quantitate vnius grani tritici, & statim resurget in modicum spacium, si sufficiens fuerit patiens ad ipsam transglutiendam, deinde cōforta eum cum administratione nostrę quintæ essentiæ per se, & scias quòd perfectè curabitur, nisi Dominus Deus iubeat illū omnino mori. Et dico tibi, quòd hoc est subtilissimum apud modernos, nec est nisi vnus, qui tanta sciat bona. Ipsi quidē asserunt naturam omnino deuictam posse recuperari cum medicinis communibus absque nostra quinta essentia, & asserunt impossibile magnum. Cùm enim vident hominem mori, dicunt nulla res in natura est nisi solus Deus, qui ab isto periculo istum infirmū possit liberare, quorum contrarium asserimus. Tu autem fili operare secundum doctrinam tibi traditam in Canone isto, & facies miracula super terram.

CANON III.

In quo continetur ſcientia in cura leproſorum, vt reuertantur ad ſanitatem priſtinam.

QVoniam iuſtus Deus in pœna peccati in nos inflixit multos gradus infirmitatis, & inter alios plaga lepræ deteſtabilior eſt, ac ignominioſior humano generi, & eſt difficilis, & aliquãdo impoſſibilis cura eius, vt lepra quę permittitur à Deo, ſicut lepra Giezi & Cõſtantini, quæ lepræ nullo ingenio humano curari poſſunt, niſi diuina virtute. Nos verò minimè hîc de talibus lepris loquimur, nec etiam de illa, quæ venit per generationẽ. Sed nos loquimur de plaga lepræ, quæ aduenit hominibus ex humorũ corruptione, vel venenorum inficientium natura, quia huic tali remedium & perfectam ſanitatem intendimus procurare, ſi etiã per multum tempus vel modicum præceſsit. Recipe igitur hoc arcanum, ſcilicet noſtram quintam eſſentiam auri & perlarũ, & adminiſtra patienti per octo dies dando ſibi mane vnam plenam nucem, & ſic ple-

nè

nè curabitur. Nam hæc cœlestis medicina est, quæ totam lepram cuiusuis humoris peccantis infra modicum tempus curat. Hoc quippe est arcanum maximũ & vtile magisterium in hac infirmitate. Item fili alius modus est in cura huius morbi, vt accipias aquam, factam ex fragis, quę sunt fructus Maij multùm bene redolentes, & affige illã nostræ quintę essentiæ vnà cum quinta essentia auri & perlarũ, quas primus liber te docuit extrahere ad plenum in Canone dissolutionis metallorum, & applica illi, & videbis mirabilia, vel effectũ stupendissimũ. Nã & si addideris eis quintam essentiam, faciet vtique fortius. Aqua quippe harum dissimulat leprosos, si bibatur, & liniantur maculæ: potissimè, si ipsam miscueris aquæ ardenti. Operare igitur fili secundum doctrinam tibi traditam in hoc Canone, & noueris te omnem lepram cũ suis speciebus perfectè curare.

CANON IIII.

In quo continetur scientia ad curandum Paralysim in quocunque corpore humano.

PAralysis est morbus difficillimus ad curandum, in tantum quòd iudicatur apud prudentes modernorum pro morbo impossibilis curationis, & magisteriũ huius curationis est, vt affigas nostræ quintæ essentiæ herbam, quæ dicitur yua, & saluiam, & grana sinapis, & da ei in potu per nouem dies, & vnge exterius & noueris dãdo ei balneum calidum & humidum, cum his herbis perfectè curabitur in tantũ, quòd videbitur ipsum morbum nunquam habuisse, & ambulabit in-
» columis, & membrum emendabitur tan-
» quam si rem illius morbi nunquam ha-
» buisset. Item alius modus est vt applices
quintæ essentiæ nostræ res, quæ humores viscosos purgant, & da patienti per modum supradictum, & scias quòd perfectè curabitur.

CANON V.

Qui nos docet habere medicinam seu remedium contra consumptos in toto corpore, & nimium macilentos, sicut sunt homines raræ complexionis, & pueri, & consumpti & ethici.

Est au-

EST autem omnium illorum cura vera cum noſtra quinta eſſentia: iam enim tibi diximus, quòd naturam debilẽ confortat, & deperditam reſtaurat, reſtauratam conſeruat, & carnem naturalem in corpore nimis macilento & etiam conſumpto procurat. Eſt autẽ in hoc fortius magiſterium, vt extrahas ab herba chelidonia quatuor elemẽta per magiſterium primi libri, & accipe elementũ aeris, quod eſt in colore olei optimi, & miſce cũ quinta eſſentia noſtra, & infra modicum tempus erit virtutis miraculoſæ reſtauratio, & ipſe homo fiet pinguis ſupra quàm credi poteſt. Non eſt præter iſtam res in natura, quæ tantum in his remedijs poſſit valere. Item ſi accipias carnem cancrorũ id eſt puluerem Alexandria flu. & miſceas noſtræ quintæ eſſentiæ, idem faciet. Et nota fili mi, quòd hæc eſt vltima cura, quæ eſt in quocunque genere & ſpecie febrium intantùm, quòd ſi puluis illorum detur in eſu poſt ſigna dignationis cognita, perfectè curat patientem à quacunque febre. Et hoc arcanum à malis & iniquis cuſtodi.

CA-

CANON VI.

Qui docet nos curam perfectam dæmoniacorum, melancholicorum, & omnium morborum caducorum.

VEra experientia docet nos, quòd omnes melancholici occupantur in horribilibus cogitationibus. Nam humor ille maliciosus ortum habet à splene, & fumi illius per poros ascendunt vsque ad cerebrum, & phantasiam mouēt, & imaginitatiuam cum cōturbatione intellectus dormiendo horribilia phantasmata fabricant, vigilando horribilia cogitant: aliquando autem iste humor est nimis maliciosus, & generat epilepsiam vel apoplexiam. Cum talibus enim infirmitatibus dæmones frequenter miscentur intantùm, quòd infirmitas mixta cum dæmone torquet patientem. Aliquando autem fiunt stulti, & secum loquuntur, & videntur multotiens cum hominibus quasi disputare, & non nisi secum disputant, & etiam tales veniunt in desperationem, & seipsos occidunt

occidunt. Cura verò istorum talis est, vt vtantur nostra quinta essentia, vel quòd cum ipsa immittantur istæ medicinæ, scilicet fumus terræ, centaurea maior, epithimus, thimus, lapis lazuli, elleborus niger. Et dimitte stare in nostra quinta essentia per tres horas, & da ei in potu bis in die, & semel in nocte, & vnge ab extrà totum corpus & regionem splenis. Ista quippe medicina cerebrum mundificat, melancholiam purgat, & lætum reddit patientem, & perfectè sanum in decem dies, si istam medicinam continuauerit. Quæstio. Pater, quomodo potest fieri, quòd dæmones per medicinas posint à corporibus eijci, cùm non habeant corpora, in quibus posint recipere impresiones medicinarum, cùm omnis potentia circa obiectum operatur? Solutio. Fili, multæ rationes possent asignari in solutione huius quæstionis tam ex testibus sacræ scripturæ, quàm per rationem necessariam dæmones fugari per virtutē medicinarū sensualium, ideo adduco rationē sacrę scripturæ ad solutionem quæstionis. Fili, scriptura sacra in libro Tobię demon

strat,

ſtrat, dęmones fugari per virtutem rerũ ſenſualiũ in modo honeſto & ſancto, hoc fit cũ fumigatione & ſacrificio &c. Nã in eo libro capite ſexto dicitur, quòd poſuit Tobias partẽ iecoris ſuper carbones, & dę-mon fugit à tota domo. Item eo capite po-ſuit Tobias partẽ cordis ſuper carbones, & fumus illius effugauit omne dæmoniorũ genus. Ecce patet fili ſolutio quæſtionis per ſacrã ſcripturam, hoc autẽ eſt per cre-dere. Sed ſi vis fili intelligere, quomodo ſolutio ſoluatur per rationẽ naturalẽ, ac-cipias iſta principia, cauſa, effectus, iuſti-tia. Vnde facio iſtã rationẽ, omni cauſa re-mota, remouetur eius effectus. Itẽ iuſtitia eſt id, cuius ratione redditur vnicuique quod ſuũ eſt. Ex prima maxima fili talẽ ra tionem fundamus. Dæmones ad corpora iunguntur humana propter malã diſpoſi-tionem humoris corrupti, aut infecti me-lancholici, qui malas figuras, nigras & horribiles format in phantaſia, & intelle-ctum cõturbat: dæmones autẽ has formas habent in cõſuetudine accipere, & cõmu-niter habitare in locis obſcuris & ſolita-rijs, qui dum per quintæ eſſentiæ virtu-

tem

tem & aliarum rerum à corpore talis humor expellitur, qui est causa dæmonum, quare ad tale corpus deueniunt, tunc temporis dæmones simul cum humore euanescunt. Alia verò ratio talis est. Sicut potestas Dei potest, & potuit elementorum qualitates stare facere in Acheronta post diem iudicij sine proprijs substantijs coessentialibus ad vindictam suæ diuinæ iustitiæ, sic potest ipsos dæmones facere pati sub actione rerum sensualium, vt veritas suæ potestatis, quæ cum ipsa iustitia conuertitur, habeat subiectum, in quo possit vti suo actu secundum quantitatem culpæ, aliàs enim æqualitas veritatis esset destructa propter defectũ liberi arbitrij, ratione cuius Deus non haberet potestatem vtendi secundum dispositionem dignitatum in creaturis, quod est impossibile. Est igitur verum, quòd Deus habet liberum arbitrium, vt vtatur secundum dispositionẽ suarum dignitatum in principijs creatis, & reddet pœnã iuxta quantitatem culpę, & meritũ & gloriam secundum suum modũ. Non est ergo dubitandum, quin Deus ad vindictã suæ diuinæ

iustitiæ submittat dæmones actionibus rerum sensualium. Item Fili, solutio quæstionis prælibatæ patet per actiones Nicromantię Solomonis cum qua dęmones coguntur ad faciendnm opera bona, aut mala virtute verborum lapidum, & plantarum: patet ergo qualiter dęmones actioni rerum sensualium submittuntur. Item Fili, clarè potest intelligi per actionem ignis Auerni, quo torquētur animę damnatæ, & ipsimet dæmones ad multiplicationem suæ pœnę, quamuis sua substantia non sit ex quatuor elementis composita, tamen vt sua pœna magis multiplicetur, sentiunt ipsi pœnam iussu diuinæ iustitiæ. Nam Fili, qui contra infinitam substantiā peccant, infinitè peccent oportet, peccans igitur quocunque modo possit magis pœnā pati, sed præter visionem diuinā nulla potest eis dari maior, quàm quòd submittantur actioni virtutis rerum sensualium. Et propter hoc fili extat tibi reuelatio qualiter medicinæ sensuales actiones habent ad dęmones fugandos de quocunque corpore: vtere ergo fili ista medicina supradicta, & curabis quos-

cunque

cunque dæmoniacos, apoplecticos & melancholicos, et potißimè ſi dictis medicinis addideris herbã, quæ dicitur Hypericon, quæ aliàs dicitur fuga dæmonum ſeu perforata. Nam fumigatio ſeminis eius fugat omnem dæmonem à proprietate corporis, vel à domo.

CANON VII.

Qui docet te curam contra illos, qui timorem habent, & inconſtantiam, & contra debilitatem poſt infirmitatem, & ad reparationem audaciæ & fortitudinis plus quàm per natram poſſet habere.

FIli, non dicimus tibi in vanum, quòd nec intellectus humanus poteſt capere, neque lingua narrare miraculoſas virtutes, quas Deus poſuit in quinta eſſentia vini, & omnium rerum elementatarum, & inter omnes quintas eſſentias ad hoc magiſterium præciſe valent quintæ eſſentiæ herbarum peoniæ, & angelicæ, croci, perlarum, et auri. Si verò omniũ iſtarum quintas eſſentias miſces cũ quinta eſſen-

tia vini, & dederis in potu ſubitò, & quaſi miraculoſe, homo qui dictis torquetur infirmitatibus timorē amittit, & debilitatem, & fortitudinem recuperat exteriorem & interiorem, intantùm quòd mortem contemnit, nec timet quicquam, ſed ſupra modum efficitur audax & fortis viribus. Nam intantùm ſibi vires augmentantur, quod eſt incredibile niſi per experimentum appareat effectus. Eſt autem fili cautela adhibenda, ne tale ſecretum veniat in manibus tyrannorum, niſi cùm fuerit neceſſe & prælietur contra paganos, tu adhibeas eis & hominibus armorum in quantitate vnius ſeminucis plenæ, & facient mirabilia in prælio. Nam dicimus tibi quòd ſubitò augmentat vires & audaciam, ſicut fulgur comburit intima corporis abſque læſione entis.

CANON VIII.

In quo continetur ſcientia ad curandum illos, qui ſunt infecti veneno in potu, vel quouis alio modo ſint infecti.

Plagam

PLagam veneni fili, te oportet cognoſcere ad ipſam curandam, quare multis modis noſtris corporibus contingit, ſicut ex morſu ſcorpionum, tyris, viperę, lactani, canis rabidi, vel alterius rei venenoſæ, & fili contingit ex potu & tactu illarum, quibus citò adhibenda eſt cura, ne pereant. Sume igitur fili quintam eſſentiam vini, vel quintas eſſentias auri, croci, pæonię angelicæ, ruthæ, raphani, & per ſeipſam da in potu patienti, & citò curabitur. Item fili, vt fortius ſit antidotum, mitte quintas eſſentias rerum, ſcilicet dictami rubei, ſcopæ regiæ, quæ præ omnibus rebus, quæ repugnant veneno, tenet principatum, boli, gentianæ, cornu vnicornu ſi poteſt haberi, vel ipſas res ponas in noſtra quinta eſſentia, & dimitte ſtare per tres horas, & pòſt da patienti, & citò curatus erit, & hæc in potu detur & vngatur ab extrà locum infectum, & etiam totum corpus, & videbis miraculi effectum in cura venenorum.

CANON IX.

Qui te docet curam contra humores infectos corporis nostri, & contra calefactiones, prurigines & pediculos.

FOmentum generationis pediculorũ, pruriginum, et calefactionum in humano corpore, eſt humorum corruptio et humoris infectio, et putrefactio. Homo enim, qui iſtas infirmitates habet, inquietatur, et eſt anxius, et nõ ceſſat ſe ſcalpere, & in nulla re placitum ſumit. Ideoq; fili, nulla res eſt in mundo, quæ potiùs infirmitatem hanc curet quàm illa, quæ corpus conſeruat à putrefactione quacunque, & humores corruptos conſumit, & ideo cum noſtra quinta eſſentia, ſi dederis eam in potu, & vnxeris corpus ab extrà, in paucos dies erit perfectè curatus, & potiſsimè fili, ſi ad vngendum miſces illi argentum viuum, & ad potandum miſces ſtaphiſagriam. Eſt autem fili notandum, quòd quando pediculorum cura eſt impoſsibilis, vt quando ratione peccati alicui per-

cui personæ infligitur talis morbus, vt habes Actuum sexto de Herode, quē percussit Angelus, quia non dedit honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit. Item quidam Romanus Imperator à nullo remedio medicorum potuit liberari à pediculis, & consumptus ab eis, expirauit: nō autem de tali cura, sed de illa, quæ secundum naturam euenit, loquimur. Quæstio. Pater, quomodo cognoscam, quæ est infirmitas naturalis, &, quæ est quæ mittitur à diuino iudicio? Solutio. Fili, potes perfectè cognoscere, cùm quin »tam essentiam sibi administraueris cum »competentibus, et nullum sentiet reme- »dium, tunc perfectè prognosticari potes »ipsum ad mortem peruenire sine fallacia, »quoniam fili impossibile est, si morbus »euenit à natura, cū administratione quin- »tæ essentiæ, vt non sentiat perfectam me- »liorationem. »

CANON X.

Qui docet te remedium habere contra sperantem, vt infirmus reducatur ad perfectam salutem.

APud vniuersum orbem ille medicus reputatur esse maximus inter alios, qui in paucos dies sciuerit curare quartanam, quoniam infirmitas est magnæ prolixitatis, & est de natura terræ, nullus est medicus, qui cum honore exeat de cura illius. Si igitur hanc infirmitatem curare volueris infra tres vel quatuor dies, da patienti in potu nostram quintã essentiam, & vnge super re:splenis, & erit perfectè curatus. Item si vis vt fortius operetur, adde illi quæ melancholiam purgant, quæ posuimus suprà in cura dæmoniacorum, & administra patienti, & fortius operabitur, si addideris illi sauinã, quæ est arbor, quæ nascitur circa riuos, quia proprium respectũ habet ad hanc febrem, intantùm, quòd si de succo illius instillaueris duas vel tres guttas succi dico calidi, & mittantur in ore infirmi, vel in aure, tollit febrẽ illius.

CANON XI.

Qui docet curam perfectam contra tertianam.

TErtiana febris quædã vera, quædam nõ vera: in cognitione autem harum febrium,

febrium, quære doctrinam quam posuimus in prædictis libris nostris, sed in cura illarum, quamuis sit differens apud modernos effectus, nos his cum vna medicina generali remedium adhibere intendimus contra veram tertianam, quæ est de cholera pura. Hanc adhibebis curam, scilicet quòd accipias reubarbarum ad quantitatem ponderis duorum denariorum, et adhibe nostræ quintæ essentiæ cum vno pondere vnius denarij scamoneæ puræ, et dimitte stare per tres horas, et da patienti ad quantitatem vnius nucis plenæ per continuationẽ trium dierum, et erit perfectè curatus quilibet habens istam febrem, et quia in tertiana non vera miscetur phlegma, adhibe huic medicinæ turbith, sene, et polipodium, et da patienti, et curabitur perfectè sine errore, si morbus fuerit à natura missus, hoc est quòd non sit missus manu diuina propter aliquod delictum.

CANON XII.

Qui te docet curam in quotidianis febribus.

FEbris quotidiana generatur ex corruptione phlegmatis & ex abundãtia eius, et ideo est vera quędã, et alia nõ vera: vera quippe causatur ex phlegmate naturali. Non vera verò causatur ex phlegmate non naturali, cum qua simul corrumpitur aliquis alius humor. Quæcunque igitur sit febris ista, perfectè curatur cum nostra quinta essentia per se sola, si dederis in potu per spacium dierum trium. Si verò addideris res quę phlegma purgant, quas suprà in areolis inuenies, erit mirabilis effectus. Item si addideris huic quintæ essentiæ per se herbã, quæ dicitur Mercurialis, erit medicina fortius operans. Experimentum enim est, quòd si de succo sumas illius, et instillaueris tres guttas in narem dextram, vel aurem patientis, tollit typum quotidianę: hoc idem faciet, si cum medicinis phlegma purgantibus addideris illam nostrę quintæ essentiæ.

CANON XIII.

In quo continetur scientia ad curandum omnes continuas febres.

Fili,

FIlli, febris continua multiplex est, quędam fit de sanguine, & ista diuiditur in partes duas: quędam enim fit ex multitudine, & quædam ex corruptione illius. Item quædã fit de cholera, & ista diuiditur in alias duas partes, quia quædam est, quæ fit circa regionem cordis, alia fit in cerebro. Item ista quæ est in cerebro, diuitur in duas partes, quia quædam à parte antè, alia à parte retrò. Itẽ fit ex phlegmate, & ista diuiditur in partes tres, scilicet in minorem, mediam & maiorem. Prima verò febris sanguinis vna dicitur Sinochus, alia dicitur Sinocha. Item febriũ choleræ, vna dicitur Causon, alia dicitur Frenesis, & alia quæ fit à parte retrò dicitur Litargia. Item alię febres phlegmatis enutriũtur. In febribus enim sanguinis oportet Flebotomiã præcedere, & postea vt applices illi nostrã quintam essentiam cancrorũ fluuialium & camphoræ, vel vt misceas ista ad nostram quintã essentiam, & des infirmo vt exhalet febris & inflammatio. Item febri cholericæ applica nostram quintam essentiã cum rebus, quæ refrigerant tam in potu quàm ad extrà liniendo;

& etiam cancros fluuiales cum eis simul addes & camphorã. Item febri phlegmaticæ applica nostram quintam essentiam cum rebus, quę purgãt phlegma, quas eliges vt in tabulis primi libri. Sed in febre quæ fit à parte retrò capitis competit illinitio nostrę quintæ essentiæ mixtæ cum rebus calidis, & quòd in potu dentur refrigeratiua. Item si omnibus istis antedictis miscebis quintam essentiam sanguinis humani extractam per doctrinam Canonis primi libri, qui incipit, Non prætermittam &c. effectus miraculosos facies in cura istarum febriũ, & ista tibi sufficiãt.

CANON XIIII.

In quo continetur scientia contra febres pestilentiales.

VT scias curam illarum, cùm nullus medicorum sciat his remedium adhibere, cũ pestilentibus febribus nullus modernorum pręter vnum sciuit adhibere remedium vtile, ex eo quia ignorant naturam. Tu igitur fili cum Christi adiutorio patienti adhibe nostram quintam essentiã per se solam ad quantitatẽ vnius seminu-

ſeminucis, plenè & perfectè curabitur. Si autem fili volueris fortiorẽ facere medicinam, pone in noſtra quinta eſſentia quintam eſſentiam gentianæ, dictami rubei, gariophilati, boli Armeni, caſtorei, ſcopæ regiæ & ruthæ ſyluestris, & de iſta medicina mirabili da patienti, aut appone iſtasmet res in noſtra quinta eſſentia, & in tres horas applica patienti, & cùm guſtauerit de iſta medicina mirabili radius vitæ aſcendit ad cor, qui aerem infectum expellet: vnde fili dicimus tibi in veritate, quòd poſtquam guſtauerit ſecurus erit, quòd nõ periclitabitur ex illa febre, ſi infra vnam diem ſuccurres infirmo.

CANON XV.

In quo continetur ſcientia in vera cura ſpaſmi.

SPaſmus eſt multiplex, quidam eſt ex repletione, alius ex inanitione, alius qui ſuperuenit in vulneribus, qualiſcunque ſit, mortalis eſt. His ergo ſuccurendum eſt cum potu & illinitione noſtræ quintæ eſſentiæ. Si addideris noſtræ quintæ eſſentię res humidas, quas ſumes de tabulis

bulis primi libri. Item ſumma cura eſt in hac infirmitate, ſi prouocaueris febrem, quam ſic prouocabis, ſcilicet quòd aſſumes herbam, quæ dicitur flammula, & miſce cum noſtra quinta eſſentia, & dimittas ſtare per tres horas, & vnge, & frica fortiter arterias & ſpinam dorſi, & cooperi multùm bene cum pannis, & eueniet ei ſtatim febris, poſtquam venerit ei febris ſpaſmus curatur, tunc labora ad curandũ eam cum carnibus cancrorum fluuialium mixtis noſtræ quintæ eſſentiæ, dando in potu, & vngendo corpus ab extrà. Si verò præcedens ſpaſmus fuerit ex inanitione, comedat infirmus, ſi verò ex nimia repletione, da ſibi diætam. Si autem fuerit ſuperueniens vulneri, cõforta vulnus cum ferro ignito priùs, poſtea cũ putrefacientibus, poſtea cum carnẽ naſci facientibus, omnibus iſtis mixtis cum noſtra quinta eſſentia.

CANON XVI.

In quo continetur ſcientia, qualiter administrari debent medicinæ laxatiuæ, & quo-

& quomodo poßit curari Sciatica, Podagra, & omne genus guttæ.

AB origine orbis vniuerſa philoſophorum multitudo indagare non deſinit modum adminiſtrationis medicinarum laxatiuarum. Primò, vt non interficiant. Secundò, vt non faciant virtutis caſum. Tertiò, vt ſine periculo agant in partibus remotis, & ab illis partibus humores corruptos adducant. Tempera igitur fili mi dictas medicinas cum noſtra quinta eſſentia, & non potes in cura tua errare. Iam tibi ſæpiùs diximus, quòd antequam adminiſtres proportionatã huic dolori vel illi, quòd dimittas ſtare illas medicinas, quæ aſpectũ habent ad illam, prius per tres horas in illa, poſtea adminiſtra patienti. Quæſtio. Pater, quare præcipis laxatiuas cum quinta eſſentia adminiſtrari, cùm omnis virtus rei cuiuſque in centuplo magis augmentetur ab ipſa quinta eſſentia quàm ſine illa, & ſi hoc Pater eſt verum, nulla medicina tribuatur alicui ſine mortis periculo? Solutio. Fili, præcipimus tibi adminiſtrare medicinas

dicinas laxatiuas cũ nostra quinta essentia ad finem, vt melius & fortius materia peccans à corpore extrahatur, & ad finẽ, vt tibi fili non impediantur tantæ expensæ. Item fili, in hoc quòd dicis ratione virtutis centuplatæ, quòd applicari non possunt sine corporis periculo, dicimus fili, quòd non est tibi necesse, vt administres in tanta quantitate, sicut administrantur ante applicationem nostræ quintæ essentiæ. Exemplũ, si de aliqua medicina laxatiua ministrentur in quantitate vnius dragmæ, ministratur de quinta essentia laxatiua pondus vnius areæ, vel si ministratur pondus vnius ℥, detur de quinta essentia pondus vnius dragmæ, & sic de alijs ponderibus aliarum medicinarum laxatiuarum secundum suum modum, & sic potest nostra quinta essentia administrari sine damno & periculo. In cura autem vnius guttæ summæ bonitatis Deus creauit nostrã quintam essentiã, & quintam essentiam sanguinis humani, quælibet enim per se, & ambę simul curant omnem febrem, si dederis in potu, & vnxeris locum patientem. Si autem vis vt fortius operetur,

operetur, adde istis quintis essentijs quintam essentiam ebuli, vel ipsum ebulum mixtum cum dictis quintis essentijs, & in tres horas applica in potu, & vnge ab extrà, & infra modicum tempus curabitur perfectè, nam herba ista à tota proprietate curat omnē guttam, si cocta cū vino supponatur loco patienti sic calida, & in modicum tempus vel dies curat ipsum patientem.

CANON XVII.

Qui docet te qualiter potes te habere in omnibus curis Chirurgiæ secundum quod fuerit possibile vulnera per naturam reparare.

FIli sumus de intentione hîc in summa vna breui dare tibi doctrinam generalem in curis Chirurgię, hoc est qualiter potest curari cum nostra quinta essentia. Fili, caput multotiens percutitur cum ferro, & oportet vti medicinis. Chirurgicus quærat subtiliter cum ferro suo & cum digito, si est aliquod os submotū, vt possit

poſsit confeſtim trahi, trahatur ſtatim, et ſi aliquod manet fixum cum carne, tamen eſt fractum, ponatur ſibi per dies oui vitellum cum oleo roſaceo, donec caro putrefiat & os eleuetur, tunc curetur cum quinta eſſentia conſolidatiua, & cum illa, quę carnem facit creſcere. Si ictus ſit talis, quòd cutis non frangatur, tamen os fractum fuerit à parte intùs, quod poteſt cognoſci per dolorem capitis ingentiſsimũ, & nauſea aperiatur ad modum cutis, euelletur os ſtatim, ſi poteſt euelli, ſi non, ponatur illud putrefactiuum, donec caro retinens illud euellatur per putrefactionem, & os exeat. Si verò os capitis fuerit fixum, ponatur de quinta eſſentia conſolidatiua, quæ infra quinque dies perfectè conſolidabit os. Si verò dura mater fuerit ſciſſa, mittatur ſupra de dicta quinta eſſentia, quæ eſt ingentiſsimæ conſolidationis, & poteſt fili cognoſci ſciſsio duræ matris per puſtulas in labijs, ſed ſtatim, quia ſi detur ſibi palea ad ſcindendũ cum dentibus, non poteſt præ magno dolore. Item quia habet faciem plumbeam. Item ſi pia mater ſciſſa fuerit, vel quouis modo

alio

alio taliter, quod sequatur in ipsa continuitatis solutio, quod potest cognosci per nauseam sequentem dolorem ingentissimum, & coruscationem lampadum & tonitruorum, quod sciri potest per iudiciũ patientis, & per plumbeitatem, & oculorum turbationẽ &c. fiat illi curatio cum eademmet quinta essentia consolidatiua, quæ præ oculis demõstrabit tibi consolidationem, deinde cura vulnus cum quinta essentia, quæ facit carnẽ crescere. Item in alijs membris si fit percussio ab ense, et scinditur caro, venæ, nerui, et os: succurratur igitur priùs cum igne terbentinæ et olei, et cum vino quintæ essentiæ mixto, et retineatur sanguis, et deinde si fuerit os taliter submotum, quòd incontinenti possit extrahi, extrahatur, deinde ponatur sibi stuppa cũ albuminibus ouorum mixtis cum modico nostræ quintæ essentiæ. Deinde in secunda cura videatur, si est aliquod os, et si incontinenti potuerit expelli, expellatur, si non, ponatur sibi stuppa balneata in aqua, cui admisceatur vinum modicum quintæ essentiæ, et postea cũ vitello oui iam dicto intromit-

tatur, donec os possit extrahi, postea vulnus curetur, sicut de alijs dictum est. Aliquando fili, fit in corpore ictus aliquis cum sagitta, vel cultello, vel cum monili, vel ense armorum taliter, quòd vadit profundè nimis, & os est strictum. Si autem talis ictus fuit in cerebro, non potest curari, nisi cum miraculo diuino. Si verò nõ tetigerit cranium cum cerebro, curetur talis ictus, sicut de alijs diximus. Si autem fuerit in pectore, vel inter spatulas, & tangat membra spiritualia, ponenda est solũ quinta essentia, quæ sanguinem restringit, postea curetur cum galla inuoluta in quinta essentia cõ solidatiua, & in quinta essentia, quæ carnem nasci facit: si enim ictus fuerit in alijs corporis partibus, statim succurratur cum terbentina calida mixta cum oleo, & cum quinta essentia, deinde ponantur sibi prædictæ stuppatæ, & curetur sicut in alijs dictum est. Fili, nota vnam regulam generalem. Omne vulnus nouiter factum in quacunque parte corporis, præterquam in capite & in vultu & in membris spiritualibus, est cum igne comburẽdum. Item omnis percusio

facta

facta in quacunque parte corporis, præterquam in capite et in vultu, si fuit profunda, præterquã in naso, est cum filo suẽda. Item omne os fractum cum percussione à petra est extrà ducendũ. Si verò percussio nõ fuit à petra, nõ est euellendum, imò est sibi ponendum cataplasma, et per os sibi tribuat in potu quintam essentiam, et infra modicum tempus erit perfectè sanus. Itẽ si ex percussione viscera fracta et rupta fuerint, ponat̃ interius canonus cãnę, cui ingrediatur ꝑ vim, et transeat vltra vulnus ex vtraq; parte per duos digitos, deinde suatur cum filo serico et cum acu subtilissima, deinde mittatur intùs, et per superficiem visceris rupti, perinde sutum est, ponatur de quinta essentia cõsolidatiua, demũ pars exterior suatur cõsimiliter, et ponatur de quinta essentia cõsolidatiua, et curetur sicut de alijs dictũ est. Itẽ fili si ratione percussionis mãserit signum magnũ sicut multotiẽs cõtingit in facie et in alijs partib' corporis, cũ hoc poteris ei signũ remouere nõ omnino, sed quod nõ videat̃ ita magnũ, et appareat modicũ radix masticis ℥ 4. costarũ, malorũ granato-

rum dulcium ʒ duæ, gummi ʒ duæ, croci ʒ vna, ciperi ʒ duæ, carpobalſami ʒ duæ, terbentinæ libræ duæ, olei oliuarum antiquiſsimi ʒ quatuor: pulueriza pulueriza̅da & cribra, & in paſta cum terbentina & carpobalſamo, et pone ad diſtillandũ ad lambichum vitri ſimulcum oleo ad ignem lentũ, et collige illud quod diſtillauerit in receptorio, & poſtea cooperi eum, et pone receptorium in fimo, vel in fima vinatia per quatuor dies, et poſtea extrahe et vtere illo ſicut fit cum balſamo in ſignis iam dictis, nam poteſt fili pro balſamo vendi ad omnem probationem. Item fili mi, in apoſtematibus quibuſcunque vtere quinta eſſentia putrefactiua, ſedatiua doloris et mundificatiua, et illa quæ carnem naſci facit et cutem. Item fiſtula, cancer plaga, curantur cum quinta eſſentia corroſiua priùs, poſtea cum mundificatiua, poſtea cum illa, quæ naſci facit carnem, & iſta ſit regula generalis in curis Chirurgiæ. Et iſta fili tibi ſufficiant cauſa bonitatis.

DISTIN-

DISTINCTIO TERTIA, QVAE EST THEORICA OPERIS MAIORIS, ET DE ALTERATIONE *& cura metallorum: & de magisterio in compositione eorum, & medicina.*



Eus cum tua magnitudine effluentis largitatis, hæc eſt tertia diſtinctio huius libri, quæ eſt de cura metallorum: & de illorum magiſterio in compoſitione lapidis philoſophorũ in opere maiori & minori. Et ratio ſeu intentio, quare inſtitutionem artis reuelamus, conſiſtit, vt viri Euangelici, de quibus dictum eſt ſuprà, intelligere poſsint Teſtamentũ & Codicillum, ſcilicet, quòd per eorum proceſſus & conditiones vera habeatur cognitio de philoſophorum calculo, & etiam de eius cõpoſitione: nam in arte iſta plura poſuimus principia, vt per iſta &

peralia cum omni ſcientiarum perfectione, Deum ament, intelligant & recolant. Et, vt per ea in tempore modico cognitio habeatur vera de metallorum tranſmutatione, & etiam vt Artiſta huius artis ſcandere poſsit naturæ ſecreta artificialiter: & vt euitentur truffæ & figuræ aliorum philoſophorum, ſub quibus ſecretum iſtud occultauerunt taliter, vt humanus intellectus exinde fructum & finem haurire & inquirere nequiret, probando & arguendo dicta eorum tanquam reproba & circumuentibilia & nullius veritatis, ſed ſui contrarij cauſatiua: inter quos reprobamus Hortulanũ, Archelaum, Alexandrũ: & in aliquibus Geberum, & etiã Auicennam, & Albertũ, qui nugis & multis truffis et figuris ſe plenè inuoluerunt. Præter librum Salomonis, qui dicitur liber ædificij altaris, Sancta ſanctorum, quem vidim⁹ Athenis ſcriptum litteris Chaldaicis, in quo verò nulla eſt fallacia in hac arte, qui poſt aduentum Alexandri in Ieruſalem trãſportatus fuit in Græciã ciuitatem Athenarum, et ſub certis ſigillis cõmendatus &c. Ex quo notare debes quòd ſcri-

ptura, quæ vſu intelligi nequit pro non ſcriptura cenſetur. Quare dico tibi, quòd de eorum ſcripturis non cures vllo modo. Et præſens diſtinctio diuidiť in duas partes principales, ſcilicet in theoricā & practicam. Et in theorica tria facimus: primò damus declarationē & cognitionē cuiuſlibet principij: ſecundò ipſa declaramus per operationes naturales quas habent: tertiò ponimus intentionē, quare quodlibet eorum eſt poſitū in arte iſta, & iſtum modū tenere intendimus in principijs arboris & principijs figuræ circularis. Et in practica declarare intendimus, qualiter iſta principia combinantur in ſuo opere. Et hac ratione datus eſt modus operis maioris per arborem, & vna tabula eſt ab ipſa extracta, & à figura indiuiduorum, & etiam per figuras tres, quarum vna eſt triangularis, alia verò quadrangularis mixta cum principijs philoſophiæ & operis minoris, tertia circularis: modos per figuram circularem, & omnes alias tabulas ſuo loco deſignabimus, & etiā quæſtiones in fine deſignabimus, iuxta quas videbitur, vtrum Alchymia ſit poſsibi-

lis: & etiam qualiter in modico tempore de Mercurio potest fieri argentum, vt per ea quę dicta sunt, Artista huius artis faciliter inueniat particulare, quod quęritur, & penes istas rationes consistit totum magisterium huius artis: & principia huius artis sunt trigintaquatuor, quæ sunt chaos, prima materia, seu vinum, forma, cœlum seu Mercurius vegetabilis &c. vt patet per circulationem radicis arboris & figuræ circularis: & non dicimus ipsa principia esse regulam, quoniam aliqua sunt quæ bis repetuntur, vt patet. Præterea reductibilia sunt omnia corpora ad id quod à dictis principijs ducit ortum: in quo quidem attingunt perfectionem sicut compositum in simplici, ad quod naturaliter se mouent sicut ferrum ad adamantem. Præterea in ista arte Alphabetum consignamus, vt per quamlibet litteram suum designatur principium, vt inde artem compēdiosam reddamus, quod quidē alphabetum tale extat. A significat chaos, B materiā, C formā, D cœlū, E elementa, F alteratione͂, G mixtione͂, H dissolutione͂, I generatione͂, K colores, L dige, stio-

principia artis 34.

ſtionē, M perfectū eius, N fermentationē, O ſeparationē, P operationem, Q venenū transformās. Et in figura circulari de S. A ſignificat formam, B materiā, C corpus, D lunariā, E calcinationē, F diſſolutionem, G euacuationem, H multiplicationem, I ſpiritum, K alembicum, L argentum viuum exuberatū, M ſulfur naturæ, N tincturā, O oleum, P incerationē, Q lapidē, R ſublimationem, S Saturnum, T Iouem, V Martem, X ſolem, Z Venerē, Y lunā, y elementa. Præterea ex principijs antedictis cōſtituitur radix arboris philoſophicalis, quæ eſt vna rota: in qua quidē quodlibet principiorum rotulā habet propriam, in qua eſt ſituatum ex diuerſis coloribus: & hæc ſunt quæ conditionantur in ingreſſu particularis quod quæritur. Et ex principijs ſecundariè poſitis conſtituitur quedā figura circularis, in qua conſimilitudinariè quodlibet principiorum rotulam habet propiā, quod deſignatum eſt ſub eodē themate coloris. Et antedicta principia modo circulari deſignamus, vt intellectus cognoſcat quodlibet ſecundū ſuum modum in alterum ingredi de virtute, quorū

& operatione constituitur, & indiuiduatur vnitas M vel Q, quod quidē M vel Q habet virtutem vnam de omnibus dictis principijs ortam. Et hanc virtutē per proprietatem retinet in se M vel Q de vna virtute substantiali, quæ multiplicaī in multitudine dictorum principiorum, ratione cuius habet in se multiplicationem operationum in substantijs, quæ extrà sunt. Et hæc designantur per lineas transuersales in arbore radicis consistentes, & per processum arboris & dictæ figuræ circularis, vt dicetur in suo loco. Præterea ista mixtio est radix & fundamentum in hac arte, vt per eam intellectus se cognoscat artificiatum, & per ipsam acquirat artem & modum operandi manerie multimoda secundum conditionem mixtionis taliter, vt particulare, quod quæritur, veniat de potentia in actum & quidditatem. Nam per ipsum intellectus cognoscit modum, secundum quem substantia spiritualis oritur, & crescit, viuit & nutritur: & ideo sciendum est, quòd substantiam prælibatam deduci de potentia in actum minimè quibit, si aliquod istorum principiorum defe-

defecerit, vel ſit habituatum de fine contrario, vt ſi pro vino accipiatur aqua, & pro cœlo terra, & digeſtio ſit habituata de cruditate, quod fieri poteſt, ſi ignis per accidens in adminiſtratione deficiat &c. nam vno deficiente, deficiunt omnia. Eſt etiã notandum, quòd iſtorum principiorum quædam ſunt intellectiua, quæ ſunt: chaos, potentia, operatio, generatio, digeſtio. Et quædã ſenſualia, quæ ſunt: vinum ſeu prima materia, corpus ſeu forma, elementa, perfectum ens, venenum transformãs, colores, fermentatio, ſeparatio. Quædam verò ſunt ſenſualia & intellectualia, ſicut cœlum & omnia principia figurę de S. Et præterea quodlibet iſtorũ principiorũ retinet ſuam propriã proprietatem ſub ſua ꝓpria ratione differenti: quarum quidem proprietatum aliæ ſunt naturæ, aliæ ſunt perfectiõis: principia namq; prioritatem retinentia, naturæ ſunt vinum ſeu quodlibet principiorum ſignatorum in figura indiuiduorũ, quę ſe habẽt tanquã forma vniuerſalis, & materia prima ratione prioritatis antedictę: & ex iſtis duobus oriuntur omnia alia principia mediante Ar-

te Artiſta, ſicut à forma vniuerſali: & à prima materia oriuntur compoſita elementa mediante natura. Reuera materiam hanc primã declarare proponimus circa principia arboris philoſophię, incipientes ab ipſa tanquã à digniori & altiori magiſterio in opere philoſophico. Et primò de primo principio quod eſt chaos. Chaos eſt principiũ primum in arbore philoſophali. Et eſt deſignatũ per A in medio rotæ radicis dictæ arboris poſitũ, & deſignat in hac arte confuſionẽ & obſcuritatem illius, nam valde confuſa & obſcura eſt intellectui illã ignoranti, adeò, quòd aliqui illam tanquam Chimeram exiſtiment: & quamplures ſunt ij, quorũ intellectus cõfunditur, quàm quorũ luceſcit, ideoq; primũ iſtud deſignare proponimus præ omnibus, vt ſit ſignũ demõſtratiuum cõfuſionis & obſcuritatis illius. Et etiã deſignat quòd eſt confuſio generalis, in qua omnia iſta principia circũ circa exiſtentia in ipſo ſunt in potentia, vnde ſicut natura in prima materia cõſtituit elementa, ita quadrangulus liuidus ipſius ſibi cõſtituit ipſa principia, & abſtrahit ab ipſo A, ponendo in

in intellectu poſsibili quodlibet eorũ ſub ratione propriæ differentiæ, ſicut in natura quodlibet elementorũ ſub ratione differentis qualitatis & operationis. Recolendo etiã, quòd ſicut natura inſtrumentum facit de dictis quatuor elementis, cũ quibus cõponit ſubſtantiam elementatã: ſic & quadrangulus iam dictus de principijs antedictis inſtrumentũ facit, cum quibus ſcandit magiſteriũ particulare quod quæritur, et cuius inueſtigatione reſerabitur veritas arcanorũ argumentũ abſtractũ à natura: nam ſicut natura exiſtit mediũ inter elemẽta et elemẽtata, ſic Artiſta huius artis eſt mediũ inter A et dicta principia, et M vel Q dicto quadrangulo, intelligẽs fore poſsibile et affirmabile M vel Q in actu produci mediantibus B C D &c. Et ideo per motũ, quẽ facit Artiſta mouendo principia, ſecundũ quod referũt M vel Q venit ineſſe per ordinationẽ principiorũ, quæ ſupra ipſa exiſtunt. Poſitum eſt autẽ iſtud principiũ in hoc libro, vt de eius cõfuſione intellectus abſtrahere ſciat dicta principia, ſicut ab vniuerſali trahitur particulare, tangendo quodlibet principiorũ

cum

cum tribus ſpeciebus differentiæ, quibus inconfuſe quodlibet cum alio miſcere & combinare ſciat, vt inde oriatur particulare quod quæritur.

De ſecundo principio radicis arboris, quod eſt materia.

MAteria eſt principium ſenſuale, & eſt ſecundum principium arboris philoſophicalis per B ſignificatũ:& in iſto loco cõſideratur dupliciter, ſecundũ quod duplici modo de ipſa cognitio habet̃: Primo modo conſideratur, prout eſt B quædã res paſsiua, quæ ſub actione Artiſtæ et aliorum principiorum intellectualium et ſenſualium ꝑ motum patit̃, quorum actiõe D oritur ex B, & hoc patet ex prima diſtinctione in ſecunda parte illius diſtinctionis capituli, Non reputes me &c. vſque ad finem capituli:& quoniã ibi eſt ſatis tractatum, ideo reſumere hîc nõ curamus, vt vitemus prolixitatem. Alio modo cõſideratur materia pro quolibet corpore ægrotorũ, & hoc ideo, quia ſunt paſſibilia ſub forma, quæ eſt M vel Q, ſicut

fol: 23.

res elementales patiuntur ſub forma vegetabili. Etiam poteſt conſiderari materia in arte iſta ſicut C vel (C) quòd vno modo exiſtant tanquam materia prima ſub ratione paſsionis. Alio modo ſub formali ratione, vt dicetur in dictorum declaratione. Et eodem modo D, quòd ſub forma patitur dicta ratione, quare formatur per illud tinctura rubea vel alba, & habet ſe tanquam forma, in quantum mouet dictum C vel (C) ad M vel Q, vt patebit in eius declaratione. Et iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd vna & eadem res ſub diuerſis rationibus ſe habet in ratione paſsionis & in ratione actionis. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta, vt Artiſta cognoſcat materiam, ex qua noſtrum oritur D, cuius notitiam non plurimi ſunt reperti, & vt quælibet materia ſub ſua propria differentia ſit cognoſcibilis, vt etiam Artiſta intelligat B, quod regulare debet artificium in operatione magiſterij noſtri lapidis.

De tertio

De tertio principio radicis arboris, quod est forma.

FOrma eſt tertium principium radicis arboris philoſophalis deſignatum per C, quod quidẽ dupliciter cõſideratur in hoc volumine: primò, prout eſt cauſa dirigens huius artis principia, cuius regulatione M vel Q oritur, et deducitur in eſſe mouens principia ſenſualia et inſtrumentum faciens, cum quo intellectualia principia mouentur & regulantur in operatione M vel Q, & talis forma eſt Artiſta huius artis, cuius occaſione diriguntur principia huius artis ſucceſsiuè ad dictam operationem, & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd principia occaſionatiua concordantiam habent cum principijs naturalibus, vt hîc in iſta arte patet ad oculum quidem. ſimilia ſunt principijs medicinę, vt ſirupi pillularum vel electuarij, & etiam principijs infirmitatis quęſunt actu in corpore infirmo, & principijs ſanitatis, quæ ſunt in eodem corpore in potentia. Alio modo conſideramus formam, prout eſt dans eſſe M vel

Q for-

Q formans ad rubeum vel ad album, quæ quidem M vel Q per modum ipsius & cum ipsa existit efficiens principium ac formans ac transmutans omnes alias formas minoris virtutis & potentię existentes in substantijs extra formam suam propriam. Et ista forma est id quo designatur per C vel (C). Præterea notandum, quòd nisi ista forma sit M vel Q per prędictorum principiorũ motum & cum quolibet ipsorum sit vnum & idem in numero tertio & vltimo colore et esse quod quęrimus non fit. & in isto passu cognoscit intellectus, quòd dicta C vel (C) vel C (O) per se tantùm modũ maioris operis magisterium efficere nequeunt, sicut nec vna medicina simplex operari nequit id quod in commixtione operatur. Positum est autem istud principium in radice dictæ arboris philosophiæ seu in arte ista, vt intellectus inde reddatur artificiatus ad cognoscendum qualiter vnum principium formale alterum mouet ad M vel Q, & vt cognoscat quòd cum alio nostri lapidis magisterium nequit existere: etiã cognoscat dictum C vel (C) esse dictam

formam necessariam ad informationem dictorum M vel Q, cum qua & per quam id quod quæritur, in actum deducitur, & in absentia eius M vel Q de potentia in actũ non potest deduci, & per cõsequens id quod quæritur, non fiet. Valde vtile est istud principiũ ad cognoscendum, quoniam per ea quæ ostensa sunt, de ipso intellectus cognoscit ipsum esse de duabus substantijs vnum, ex quibus noster lapis gignitur, habẽs se sub masculi cõditionẽ, à quo sperma oritur in ventre nostri D.

De quarto principio radicis arboris, quod est cœlum.

COelum seu Mercurius est quartum principiũ in arte ista, & est intellectuale & sensuale, & significatũ est per D coloris azurini & litterarũ eiusdem coloris: et per illum colorẽ significatur quod est cœleste & de natura cœlesti, vt plenè diximus in distinctione prima, in prima parte, in capitulo tertio, ad quod fideliter respondemus & cap. sicut cœlum, & in secunda parte ibi, Nõ reputes &c. parag. Nã
fol: 21.
diuino

diuino ſpiraculo circa finem,& per multa capitula in parte huius voluminis:& intellectuale illud hîc dicemus ratione incorruptibilitatis & durationis,& hoc per angulum concordantię ſeu per omnes rationes T B C D huic rationi applicatas ſicut de intentione qua ipſum D dicimus intelligere, cùm in iſto nõ eſt difficultas, ſed cognoſcit intellectus, quod eſt tanquam homo qui eſt intellectualis & ſenſualis:nam habet in ſe proprietatem ſpiritus incorruptibilis,qui eſt tanquam anima, & habet in ſe conditiones corporis, quoniam generat & producit ex ſe ſemen tanquam fœmina,& in hoc differt ab alijs principijs. Et eſt ſenſuale,quoniam per ſenſum attingitur, ſicut per viſum guſtum & odoratum, vt dictum eſt in prima diſtinctione capitulo ſecundo. Præterea eſt cauſa & principium mouens C vel (C) & extra ſuam ſimilitudinem mittit & ſuarum partium in dictis C vel (C) ad albũ vel rubeũ reducens id quod eſt in C vel(C) in potentia ad actũ prædicta gerens & gubernãs in ventre ſuo ſicut vxor infantem quem procreat infra ſe,& in iſto

paſſu cognoſcit intellectus Artiſtæ, quòd D actionem habet ſupra C & (C), & regens etiam & gubernans, & reducens in actum, quemadmodum cœlum id, quod exiſtit in rebus elementalibus, potentia motu proprio deducit ad actum. Equidē in ipſo D eſt virtus generatiua progreſsibilis & nutritiua, quemadmodū ſanguis menſtrualis in ſemine maſculino, & huius occaſione multis nominibus ipſum D in arte iſta nominamus, & etiam per totum volumen: nam ipſum dicimus cœlum ratione ſui motus, quoniā ſicut cœlum ſuperius mouet vniuerſalem formā, & primam materiam & elementa, & ſpecies ad compoſita elemētata indiuiduata: ita D mouet C vel (C) ad quatuor elementa, & inde ad M vel Q, & hoc vult ſecunda ſpecies formalitatis & quarta ſpecies quidditatis. Et quādoq; verò nominamus ipſum D ſanguinem menſtrualem ſeu menſtruum, quoniam ipſum eſt generatiuum, nutritiuum, & creſcere facit dicta C vel (C) vſquequo conuertantur in M vel Q, quemadmodum ſanguis menſtrualis embryonem tam modicum in

in quantitate crescere facit per quātitates discretas successiuè nutriendo, alterando quodlibet principium in alterum, quamlibet quantitatem in alteram, & quamlibet formam in alteram principijs & quantitatibus existentibus in qualibet alteratione sub formis diuersis à primis formis ipsis existendo differentibus à primis, quousque oriatur quoddam ens in quantitate continua constitutum, per plures quantitates discretas, quod est corpus ex anima & spiritu reductum in actum, & sic est de nostro lapide. Et in isto passu cognoscit noster intellectus nostrum D habere proprietatem vegetabilem, cuius similitudinē transmittit in M vel Q, sicu- vegetatiua matrix transmittit suam similitudinem in filium, quem generat, quam proprietatem filius retinet sicut mater. Et cognoscit etiam dicta M vel Q proprietatem retinere, cum qua extendunt suas similitudines in substantijs extrà transmutando dictas substantias in suam speciem, ratione cuius ipsum nominamus Mercurium vegetabilem, & etiam quia ex vegetabilibus est abstractus. Positum est autē

iſtud principium in arte iſta, vt intellectus attingat & deueniat ad ipſius notitiam, & cognoſcat operationem et virtutẽ et qualitatem, quas habet ſecundum ſuam propriam eſſentiam et naturam. Valdè vtile eſt iſtud principium in arte iſta ad cognoſcendum, quoniam intellectus cognoſcit per ea, quæ ſuperiùs de eo dicta ſunt, in ipſo et per ipſum lapidẽ noſtrum de potentia in actũ deduci, nam et ipſum ſolum ratione ſublimitatis ſuæ Alchymiſtæ vocant lapidem Hermeticum ſeu philoſophicum, et poteſt Artiſta intelligere, quòd de duabus ſubſtantijs ſubiectis, ex quibus noſter lapis componitur, & per quæ eſt genitus, hoc eſt principalius: et cognoſcit etiam iſtud principium fore tanquam mulier et fœmina cõcipiens maſculinum ſemen, et patiens in altera virtute & forma, qua erat in conceptionis initio. Reuera poteris hoc etiam notare de perlis in conceptione ſeu confectione & magiſterio perlarum: cum eo enim euacuantur, diſſoluuntur, digeruntur, congelantur, lapidificantur vſque ad omnis illuſtrationis perfectionem,

Perle.

nem. Etiam hoc, quod dixi de perlis, fieri poteſt cum liquore exuberato, quod eſt argentum viuum, Mercurius vulgi in aquam reductus abſque eo, quod aliquod materiale cum eo incorporetur, quod dupliciter fieri poteſt: primò cum liquore phlegmatis Mercurij. Alio modo, quòd capiatur argentum viuum, & mittatur in cucurbita per ſe & ad diſtillandum ponatur, tamen iſta aqua non eſt tantæ virtutis ſicut alij Mercurij. De iſta materia plus dicere non curamus, nam eorum modus ſpecificatus eſt in libro qui dicitur Lapidarius.

De quinto principio, quod dicitur Elementa.

ELementa eſt aliud principium radicis dictæ arboris, & eſt ſignificatũ per E, & eſt ſcriptum litteris quatuor colorũ, & hoc eſt ad denotandum differẽtiam inter vnum & aliud, & eſt per colores ſpecificos & qualitates naturales, quas habẽt elementa, deſcriptũ: & iſtud principiũ cõſideratᷓ in arte iſta quadrupliciter: Primo modo, quòd iſtud E oritur cum D à littera

B, suprà dicta per modũ quem suprà notauimus in prima distinctione, in parte secũda illius distinctionis c. 1. vers. accipias. Secundò consideratur, quòd D posito in suo vase, secũdũ quod significatur suo cap. Et vt dictũ E separetur, & recedit à littera D, descendendo ad partes infimas, & de superiori materia à suo modo vt notatur in dicto capitulo, Nam cum diuino spiraculo. Alio modo intelligere debes dictum E, secundum quod significamus in dicta arbore philosophali, quod ingreditur cum C vel (C) in D, scilicet ipsa C vel (C) habentibus secum naturaliter dictum E: ex quo quidẽ ipsa C (C) cõposita sunt absque eo, quod dictum est E, sic diuisum à dictis C (C) per magisterium capituli, Non prætermittam, in secunda parte primæ distinctionis per totum. Alio modo per antedictum principium intellectus intelligit ipsum separari à litteris C D F G H I per dicti capituli magisterium. & ex dicto principio tantùm S sumere & exuberari per magisterium primi capituli secundæ partis primæ distinctionis in dicto S, & tunc secundum suum modum combinare,

combinare, et commiſcere cum dictis C (C) & D, & iſte modus ſpecificatur infrà in tabula & lectura eius, quæ tabula dicitur tabula perfectionis in opere maiori. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd vno modo operatur magiſterium per proceſſum arboris philoſophalis, & alio modo prælibatæ tabulæ magiſterio. Etiam per iſtud principium cognoſcere debet Artiſta ignem & aquam, quæ per accidens attribuuntur eis, ſcilicet C D (C), vel C D R S, vel (C) D R S M K, & hoc per balneum & lignorum applicationem. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta, vt intellectus ſe conditionet ad intellegendum, ſecundum quem modum ingreditur operationem particularem tangendo quemlibet modum cum T B C D ingreſſum, & ſic intellectus de modo ipſo magnam habet notitiã: valdè vtile eſt iſtud principium & eius cognitio, quoniam per ea quæ dicta ſunt, cognoſcit intellectus abſque ipſo minimè poſſe practicare.

De sexto principio, quod est mixtio.

MIxtio est aliud principium in radice arboris, & est sensuale significatũ per G, & est scriptũ de duobus coloribus, scilicet pallido & azurino ad significandũ iuxta doctrinam arboris naturalis, quòd C vel (C) & D tantummodò misceantur absq; aliquo alio. Et nec aliud ens in illa mixtione coadunetur, nec applicetur sicut in principio conceptionis hominis nihil aliud admiscetur, quàm vir & fœmina, nam per istud principium designatur coniugium, quo copulantur C (C) ad D: & est alia mixtio, quæ fit ex antedictis C (C) & R S de qualibet istarum, scilicet C D F G H I & D, de B quod fit secundum doctrinam tabulæ abstractæ ab arbore philosophali. Positum est autem istud principium in arte ista, vt cognoscat Artista dictorum C vel (C) D coniugium esse aptum, & reguletur ad illud faciendum secundum modum, quem suo modo designabimus: vnde vtile est istud principium ad cognoscendum, quomodo per ipsum

ipſum intellectus intelligit in illa ſubſtã-tia generare particulare, quod quæritur intelligẽdo ad productionem dicti particularis ipſa de neceſſario debere eſſe mixta & cõiuncta defectu, cuius coniugij, quod quæritur, non fiet.

De ſeptimo principio, quod eſt diſsolutio.

DIſſolutio eſt aliud principium in radice arboris philoſophicalis, & eſt deſignatum per H litteram, & per ipſum deſignatur, quòd maſculus carnaliter cognoſcit fœminam, & quòd fœmina concipit id quod concipere debebat: quæ quidem conceptio eſt ingreſſus principij in generatione particulari. Poſitum eſt autem iſtud principium hîc, vt intellectus cognoſcat effectum, qui fit in dictis C vel (C) & D, ratione coniugij prædicti. Et eſt vtile ad cognoſcendum, quoniam per ipſum intelligit intellectus colligationẽ duplicis embryonis in ingreſſu operis particularis, quod quærimus.

De octa-

De octauo principio, quod est alteratio.

ALteratio est aliud principium in arte ista, & est intellectuale, & significatum est per F, & habet duplicem intellectum penes operationem duplicem, quam tangit: nam primo modo est designatum, vt Artista intelligat quòd C & (C) alterãtur in D, & D in C vel (C) Alio modo est eius intellectus, vt intelligat Artista C vel (C) ita couersa simpliciter, vt iterato conuerti & alterari possint in tertium, quod est M vel Q. Positum est autem istud principium, vt intellectus cognoscat conuersionem simplicem, quæ fit inter subiectum & prædicatum, & econuerso, quæ sunt C vel (C) & D. Et cognoscat etiam qualiter C vel (C) in numero tertio, quod est M vel Q, alterant & conuertunt substantias, quæ sunt extrà: valdè enim vtile est istud principium, quoniam per ipsum potest intelligere huius artis alterationes & conuersiones, quæ fiunt simpliciter & per accidens, sicut inter C vel (C) & D, vel quodlibet dictorum C vel

vel (C) D & D de R & S, de quibuſdam ſubſtãtijs in alias ſimpliciter ſicut inter C vel (C) per accidens, ſicut de S T V Z, quæ alterantur & conuertuntur in X Y.

De nono principio, quod eſt digeſtio.

Digeſtio eſt aliud principium radicis philoſophalis arboris, & eſt intellectuale deſignatum per L. Et habet Artiſta huius artis duplicem cognitionem: nam primam cognitionem, quam Artiſta habet per ipſum, eſt quod ipſum intelligit eſſe neceſſarium in magiſterio, eò quòd reputat ſe in artificio huius artis, & per conſequens cognoſcit, & cognoſcere debet, quòd illud quod compoſitum eſt neceſſe habet digeri, ſicut fœtus in ventre fœminæ, aut materia, de qua fit pomum in pomo. Quoniam abſq; digeſtione fœtus non veniret in actum perfectum, nec pomum ad maturationem: igitur neceſſaria eſt digeſtio in opere noſtro, vt ipſa mediante, oriatur id quod quæritur, ſcilicet M vel Q, & quòd C & (C) & D tantùm digerantur, quouſq; conuertantur in dictum

M.

M. Præterea etiam si Artista voluerit quòd M D digerantur tantum quousque M D conuertantur in Q. Et in isto passu cognoscit intellectus, quòd vna digestio est quæ fit inter C &(C) & D ad M. Alia, quæ fit de M & D ad Q, & per consequens alia mixtio, alteratio, dissolutio, generatio & operatio, quoniam secundum quod differunt subiectũ & prædicatũ, sic differunt eorum principia non in finibus proprijs perfectionis, sicut bonitas asinina, quæ bonificat cum suo bonificato, sicut bonitas humana cum suo. Sed differunt ratione formationis, quoniam bonificare humanum format subiectum humanum ex vna forma, & bonificare asininum, suum bonificabile ex altera forma, vt patet ad sensum, & sic de dictis principijs intellectualibus potest intelligi sicut alteratio, quæ est inter C vel (C) & D ad M, ita cũ suo alterare alterat C(C)D, sicut alteratio quæ est inter M & D & Q mediante suo alterare alterat M & D, tamen in ratione formantia differunt, quoniam de primo alterare oritur quoddam formabile quod est M. Et ex secundo quædam

quædam differentia, quæ est Q, nam Q perfectius est quàm M. Positum est autem istud principium in arte ista, vt intellectus intelligat rationes quæ sub ratione digestionis possunt fieri, tangendo eas cum angulo differentiæ & iudicium facere de qualibet ratione secundũ quod dictus triangulus conditionatur. Et istud principium est valde vtile, quoniam per istam digestionem intelligere potest plures alias digestiones particulares, quæ absconsæ sunt in operibus huius artis sicut in figura B, & in tabulis abstractis ab ipsa, & in tabula abstracta ab arbore philosophali, & figura indiuiduorum, & in opere lapidũ sicut in opere perlarũ &c. In quibus sunt necessaria principia huius artis. Et cognoscit etiam Artista huius artis administtationẽ ignis per accidẽs in operatiõe sicut balnei vel fimi, & quòd ipsum successiuè continuare debet taliter, vt dictum principium nõ habituetur de fine cõtrario, quod est cruditas. Et in ipso passu cognoscit intellectus, quòd est maxima cautela in administratiõe ignis adhibenda, in qua pendet totum magisteriũ huius artis.

artis: & hoc ſignificat color rubeus, exiſtens in medio inter croceum & azureũ; & croceus & azureus deſignant per dictum colorem deduci ad perfectionem M vel Q: nam hæc eſt regula generalis, quòd vbicunq; in principio huius arboris poſitus fuerit color croceus, deſignat formam ſeu C vel (C) et vbicunq; color azurinus interfuerit deſignat noſtrũ D, et ſi reliquus color ſteterit in medio vel in principio partis deſcriptæ, vel in fine, deſignat illud mediũ cõiunctiõis inter D ac C, vel (C) D ad M, vel cõiũgẽs M D ad Q.

De decimo principio, quod eſt generatio.

GEneratio eſt aliud principium huius arboris philoſophalis, ſignificatum per I, & conſideratur ſecundum conditiones quibus conditionatur in noſtro particulari magiſterio: nam primò conſideratur prout eſt principium generans M ex C vel (C) & D: ſecundò prout generat Q ex M D, & cognoſcit intellectus dictum principium cum angulo differentię cognoſcendo quamlibet generationẽ per pro-

propriam differentiam clarificari, et infundi ab alia: et per genus genita earum quodlibet cognoſcit eſſet clarum et inconfuſum ab alio, quoniam ſicut formę differũt inter ſe, ita neceſſariò habẽt differre formata. Alio modo conſideratur iſtud principium, prout incipit à diſſolutione, et trãſit per alterationem et digeſtionem, et finitur in M, in quo finem attingit perfectionis, aut in Q, in quo etiam eundem finem attingit. In iſto paſſu intelligit Artiſta magiſterium noſtri Q infra vas philoſophorum magis per naturam conſiſtere, quàm per artificium: nam dico tibi, quòd taliter generatur infra vas ſicut fœtus infra ventrem et matricis clauſuram. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta, vt Artiſta intelligat, quomodo ipſum conditionatur in priori particulari magiſterio, tangendo ipſum cum T B C, et inuenit per conditiones quas habuit in mixtione T B C, quod per iſtud principiũ intelligere poteſt Artiſta ſimilia principia, quæ abſconſa ſunt in operibus lapidum, ſicut Rubinorũ, Sapphirorũ et Perlarum, nam iſtud principium eſt tibi ne-

cessariũ, & in isto passu cognoscit intellectus quòd nullus lapis cõpositus seu artificiatus absq; isto principio potest perfectionis finẽ atttingere: nam hęc est semita p quam omnes trãsire refert ad finẽ optatum. Valde est vtile istud principiũ quoniã per ipsum intellectus consistit artificatus & conditionatus ad intelligendũ qualiter noster lapis & alij lapides sicut Rubini, Smaragdi, Sapphiri et specialiter perlę in ventre nostri D hoc principio mediante oriuntur cum virtute & bonitate sicut naturales: & in isto passu cognoscit intellectus quod nostrũ D potest attrahere ratione suę simplicitatis virtutẽ existentem in lapidibus, ratione cuius Artista potest illã virtutem lapidibus aliquibus artificialibus cõiungere mediantibus istis principijs huius artis. Quoniã omnis res ibi posita dissoluitur, cui dissolutioni adhibe rẽ quæ proportionata sit illi rei dissolutę, & fiet quod quęris, & potest etiã de multis vnum facere & plus de ista materia hic loquimur. Nã & iste modus specificatus est in libro Lapidarij, & per ea quę dicta sunt intelliget Artista & cognoscet plura in

omni

omni opere lapidifico tāgēdo quodlibet cum TBCD& miſcēdo TBCD cum principijs huius artis, & applicare ea quę ſunt applicabilia ad quodlibet particulare, & applicare ſibi ignē per accidens ſecundum quod magis vel minus quodlibet vult eſſe decoctum, & etiam per administrationem poteſt cognoſcere qualitates & accidētia ſicut mollitiem, duritiem ponderoſitatem, leuitatem quarumlibet etiam caliditatem & humiditatem &c. Et hoc cognoſcit intellectus miſcendo TH IK cum TBCD quod vnum eſt calidum magis aliud ęqualiter, aliud minus, ſicut in quarto & tertio gradu & in ſecundo & in primo & ſecundum quod differunt per maiorem duritiem ab illo, & concordant in ęqualitate cōplexionis & differūt per CD in pondere & colore &c. Et ſecūdum ea quæ dicta ſunt cognoſcit intellectus, & per mixtionem dictorū triangulorum & principiorū huius artis regulantur in ignis adminiſtratiōe, in quo pēdet totum magiſteriū huius artis & etiā eſt ſcriptū litteris croceis et azurinis ad deſignandū quod ille litterę quæ ſignifican-

tur per illos colores ſunt cauſæ generantes M vel Q.

De vndecimo principio, quod eſt colores.

COlores ſunt prtncipium vnum radicis arboris philoſophicalis huius artis, cum quo intellectus multiplicem intellectum attingit & cognitionē, ſecundum quod multipliciter reddit ſe eſſe cognoſcibilem in magiſterio huius tangendo ipſum cum angulo differentiæ ſcilicet clarificando & in refundendo vnum colorem ab alio ſecundū quod per naturā propriam differentes ſunt abinuicē ſicut inuenit intellectus per colorū differentiā diuerſam cognitionē in magiſterio noſtri lapidis. Nam vnam conditionem inuenit per colorem nigrum apparentem in opere, & aliam per album, & aliam per rubeum, et in opere perlarum aliam per croceum, aliam per liuidum, aliam per album niueū, aliā per album ſplendidū, & ſic de cæteris quod eſt longum narrare. Nam in magiſterio noſtri lapidis color niger eſt potior & durior. Iſte color apparens in ope-

in opere est signum, indicatiuum intellectus quod C vel (C) concubuit cum D, et quod D concepit in ventre embryonem. Et demonstratur ad sensum H in illo opere perfectionis suæ habere finem, et dum color iste est diminutus, et apparet albus, tunc intellectus intelligit naturam initium facere de D C vel (C) ad M, vel de D M C vel (C) ad Q in quo transitu suum attingit finem L. Item quando iste color incipit diminui per maiorem ignis continuationem et oritur color croceus, per istum colorem potest Artista cognoscere quòd membra et partes incipiunt adunari in numero tertio, et aggregari ad quantitatem continuam, et taliter quod patebit ad sensum coadunatio et colligatio membrorum nostri infantis, quoniã sperma diffusum est per totam substantiã nostri D, post ortum istius coloris incipit coadunari in medio in forma rotunda ad modum cuiusdam rotundissimę lunæ, vel lineę circularis contentę. Præterea pòst euanescit iste color & oritur rubeus color, & hoc est signum demonstratiuum intellectus, cum quo intelligit comple-

mentum membrorũ,& partium noſtri lapidis congregari & adunari veraciter in omni perfectione in numero tertio: nã & poſt viſionẽ iſtius coloris ſcias noſtrũ infantem cõpletum ex corpore & potentia vegetabili: nam & tunc tẽporis Artiſtam ſcire oportet numerũ dierum, quibus noſter lapis eſt deductus ab initio cõceptionis vſq; ad terminũ apparitionis coloris rubei,& ex apparatione coloris rubei regimen ſucceſsiuè & inceſſanter exhibere per bis tantùm tempus modicũ viuacius: quo quidẽ cõpleto, recuperabitur id quod quæritur,& erit lapis durus exiſtẽs in medio multarũ ſuperfluitatum, ſicut eſt fœtus mulieris, vt apparet poſt partũ. Et à colore croceo ad rubeũ permaximè ſunt con fines LIG. Et hoc cognoſcit intellectus, tangendo dicta LIG cum TBCD. In qua quidẽ mixtione apparet, quòd in finibus eorũ LIG eſt TBC abſq; CD, quoniã ſi CD ibi extitiſſent partes quædã cum alijs minimè requirerẽt colligari ſeu cõiungi, nec in tertio numero deduci. Poſitum eſt autem iſtud principium in radice arboris philoſophicalis, vt intellectus exiſtat regu

latus,

latus, & artificiatus ad cognoſcendū particularia & ſigna demonſtratiua, quæ in proceſſu operationis particularis contingunt. Et eſt valde vtile & neceſſariū ad cognitionē huius artis, quoniā eſt tanquam inſtrumētum, cum quo mouet intellectū ad intelligendū principia intellectualia in prælibati particularis operis magiſterio. Sicut quādo per iſtud principiū cognoſcit dictū particulare eſſe in principio F G H L I, aut in medio aut in fine terminatiōis, aut in fine perfectionis, ſicut data eſt doctrina ſuperiùs in eadem declaratione. Sicut quando eſt in nigro, albo, croceo, rubeo, coloribus ſucceſsiuè, ſicut quando eſt in nigredine, cognoſcit intellectus ibi eſſe F G. Et cognoſcit dictas ſphæras eſſe in fine illius coloris, quando incipit euaneſcere. Et per conſequens intellectus intelligit illas exiſtere in medio, aut cognoſcit medium lapidis dum colores videt albū & croceum, et in fine dum ſpeculatur rubeū. Hoc quidē eſt generale principiū & neceſſarium in opere lapidifico, in quo intellectus attingit quorumlibet lapidum artificiatorum cōplemen-

tum:quo quidem ignorato, cęcus Artiſta tendit ad quodcunque opus lapidificum & alchymicũ, et ad eius regimen & magiſterium, ſicut qui implere aqua vult hydriã cribro aut aquã gurgitis cum rete extrà ducere.

De duodecimo principio, quod eſt ſeparatio.

SEparatio eſt aliud principium in arte iſta & in radice arboris philoſophicalis, & tripliciter conſideratur ſcilicet, quia ipſo triplex conſideratur modus cognoſcendi: primum & ſecundum inuenies ſupra rubricam ſupra arborem, quæ incipit ſeparatio &c. Tertiò habet notitiã de magiſterio in noſtra particulari generatione, ſcilicet qualiter motum, quo ignis per accidens mouére facit C D E F G H I K L O P ad M vel Q: & hoc fit, quia quædam principia oriendo ab alijs & ſeparando ſe ab illis ingrediuntur alia, & ſic in iſta operatiõe & ſeparatione trahitur virtus materialis & formalis A C vel (C) D ad M, & ab M (C) D. Quapropter C vel

(C) D

(C) D vel M (C) D mutant ſuas formas ſimplices in M vel in Q ipſo M exiſtente de altera forma, quam C vel (C) D per ſe vel Q exiſtente de altera forma, quàm erãt M (C) D C vel (C) D in M, & C (c) D in Q, retinendo ſuas proprias virtutes exiſtentes ſub forma tertia, quoniam ſi talis origo & ſeparatio nõ fieret ita ibi non fieret alteratio, nec generatio, nec proceſſio. Etiam in noſtro lapide deſtrueretur opus naturale. Poſitum eſt autẽ iſtud principium in arte iſta, vt memoria recolat & intellectus intelligat magiſterium operationis naturalis principiorum huius artis & elementorum poſitorum in actu cum elementis naturalibus exiſtentibus in c vel (c). Et vt cognoſcat, qualiter oriuntur quædam ab alijs & ſeparantur ab illis & ingrediũtur alia vſquequo deueniatur ad illud quod quæritur. Valde vtile eſt iſtud principiũ Artiſtę, quoniã per ipſum adhuc memoria recolit quod R S T V oriuntur & ſeparantur ab D. Et quòd nõ recolit quod dicta R S T V ſeparata ab D ſeparantur ab opere & mixtione, quam facit D cum C vel (C) etiam totum deſi-

gnant quatuor colores, cum quibus est ſcriptum illud principium.

De decimotertio principio, quod eſt potentia.

POtentia eſt alterum principiū in arbore philoſophali, & ſignificatur per litterā F, ſicut alteratio. Et per iſtud principium habet Artiſta modum cognoſcendi magiſterium huius artis, ſecundum quod diuerſimodè ſe reddit cognoſcibile per angulum differentiæ. Primo modo cognoſcit intellectus quòd etiam iſta principia & earum operationes ſunt in Chaos: & huius ſpecificatus eſt modus in eius declaratione. Alio modo prout R S T V ſunt potentia in B. Et cognoſcit etiam intellectus, quòd eſt ibi alius actus potentiæ, qui eſt actus ſicut actus Artiſtæ in magiſterio iſto, & ſignificatur ignis per actus in compoſitione per actus noſtri particularis. Et ſicut alterare, generare, dirigere, colorare &c. qui ſunt actus principiorum & potentiæ, cum quibus agunt in obiectis extrà. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta, vt Artiſta intel-
ligat

ligat potentias differre in nostro magisterio. Et hoc tangendo quamlibet potentiam cum angulo differentiæ. Valde vtile est istud principium, quoniam Artista per ipsum non solùm intelligit potentias, secundum quod conditionatur in opere isto, sed etiam intelligere potest alias potentias in operibus lapidificis, sicut Perlarum, Rubinorum, Sapphirorum tangendo & tentando potentias, quæ existunt in pastis, de quibus fiunt duri dicti lapides, & cõditionare se potest taliter, quòd potẽtias actuales existẽtes in dictis pastis deducat ad actum secundum suum modum applicando virtutes naturales aliorum lapidum ijs lapidibus artificiatis taliter, vt omnis perfectionis complementum retineant artificiales sicut naturales. Et hoc non potest fieri nisi per potentiã quæ est actus nostri D. Plus hîc dicere non curamus, nam dictus magisterij modus specificatus & declaratus est in volumine Lapidarij, nam etiã plures sunt qui lapides conficiunt. Sed naturalem virtutẽ sibi minimè exhibere possunt, quoniã nostrũ D ignorãt, in quo, & de quo, &
per

per quod & cum quo lapidum consistit complementũ, & perfectionis augmentũ.

De decimoquarto principio, quod est operatio.

OPeratio est aliud principiũ radicis arboris philosophicalis, & consistit ex quatuor coloribus differentibus, & designat diuersos operationis modos differentes. Primus color designat quòd D operationem habet in C vel (C) vel M (C) Secundus color designat quòd ignis per actus ab extrà cum suo calefacere actionẽ habet supra D & C vel (C), et cætera elementa & principia naturalia & actualia mouendo ad M, et etiam supra M C D omnia dicta mouendo ad Q. Tertius color designat, quòd C vel (C) vel M actionem habent super D informando ipsum D in M vel Q. Quartus color designat operationes quas habet Artista super omnia ista occasionatiuè scilicet in ignis administratione in operatione & separatione D, in operatione (C) &c. Et potest etiam designare operationes quas faciunt M vel Q in substantijs extrà, iuxta suas proprieta-

tes

tes & naturas rubificando aut albificando, secundum quod M vel Q existunt formata per distinctas formas. Et intelligit etiam operationes quas habet quodlibet principiorum huius artis in processu nostri particularis, vt specificatus est modus in cuiuslibet declaratione. Positum est autē istud principium in arte ista, vt Artista per ipsum cognoscat operationes cuiuslibet principij huius artis tangendo quamlibet operationem cum angulo differentiæ. Valdè vtile est istud principium, quoniam per ipsum Artista huius artis intelligit ea quæ de ipso in hoc opere dicta sunt. Et cognoscet etiam operationes quæ fiunt in operationibus lapidificis sicut intelligit quòd operari debet cum igne in mixtione materiæ & formæ cum nostro D, & cum præparatorijs alijs sicut competit particulari.

De decimoquinto principio, quod est perfectum ens.

PErfectum ens est aliud principium huius artis, & positū in radice arboris philosophicalis, & est significatū tribus

colo-

coloribꝰ vt patet ad sensum. Et M ꝑ quod significatum est istud principiũ composi tũ est ex eisdẽ coloribus,& isti tres colores in vnũ significant perfectionẽ et cõplemẽ tũ CDEFGHIKLOPR et in fine perfectionis et terminationis illius quod quęrebatur, et dicitur principiũ: quoniã est causa perficiens, efficiẽs et formalis substãtiarũ ad extra. Positũ est autẽ istud principium in arte ista vt intellectꝰ cognoscat substãtiã ꝓgressam ex dictis C D per potentiam EFGHIKLOPR, et videat et palpet et opera terribilia cõdat Artista. Valde enim vtile est istud principiũ quoniã intellectus cognoscit se esse dominũ et imperatorẽ et habituatũ de grãdissima sciẽtia super alium intellectum ignorantẽ artẽ istam, et cognoscit se Artista huius artis esse Artistã super alios Artistas, et medicũ super alios medicos omnes hanc scientiã nesciẽtes, in quãtũ non solùm metallorũ imperfectionem euanescere facit sed etiam corpora nostra subito et quasi miraculose à quibuscunque infirmitatibus desperatis resurgere facit, vt dictum est in capitulo applicationis ad corpora nostra.

De deci-

De decimosexto principio, quod est fermentatio.

FErmentatio est aliud principiũ huius artis, positũ in radice huius arboris. Et per istud Artista regulatᷓ ad intelligendũ qualiter M potest multiplicari, & in Q transire. Et inueniet Artista quòd in isto magisterio sunt necessaria G H F I K L, scilicet ponẽdo D(C) et M in G, et positis in G cõtinuet opus cũ ignis administratione quousq; transeat per H F L I, & deueniat ad K. Et per K cõditionare se habet in processu operis, secundũ quod quadrupliciter est differens & per omnia agerę sicuti in operatione M, donec oriatur Q in quantitate maius, & virtute & operatione fortius tam ad rubeum, quàm ad album. Et etiam ad nostri corporis sanitatem. Positum est autem istud principium in radice arboris philosophiæ huius artis, vt Artista sciat quòd M transire potest in Q per operationẽ C(C) D E F G H I K L N O P Q R. Et in isto passu cognoscit intellectus, quòd Artistam huius artis non oportet si voluerit plus quàm semel componere M, quoniam

ipsum

ipſum poteſt multiplicari in infinitum reducendo ipſum M in Q & de illo Q alterum Q, & de illo aliud vſque in infinitum operando: Sed de hoc miratur intellectus quomodo poteſtas Q ſufficiat ad ſuam ſpeciem multiplicandam ſucceſsiuè in infinitum: & intellectus deſcendit ad ſenſum qui videt quòd homo poteſt, et ſufficit ad multiplicandum ſuam ſpeciem in infinitum numerum ſucceſsiuè vnus generando alium. Etiam miratur intellectus, quomodo enim hoc agere poteſt, cũ in ipſo non ſit vitæ ſpiritus, & deſcendit ad ſenſum qui videt qualiter fermentum paſtæ materialiter multiplicat ſpeciem ſuam in alia paſta faciendo aliam paſtam exiſtere ſub eadem ſpecie et virtute & operatione, & illa paſta aliam, et illa alia vſq; in infinitum. Valde vtile eſt iſtud principium, quoniam per ipſum intellectus cognoſcit ſe poſſe ex M Q facere mediante (C) D et Q in infinitum multiplicare, nec plurimi ad iſtud arcanum peruenerunt.

De deci-

De decimoseptimo & vltimo principio, quod est perfectum venenum.

PErfectum venenum transformans siue lapis est vltimum principium huius arboris significatum per Q ad demonstrandum quòd ipsum existit finis & perfectio & complementum omnium principiorum arboris iam dictæ. Et hoc designant quatuor colores cum quibus est descriptum. Nam primi duo colores significant quatuor elementa in ipso existere cum omnis bonitatis & magnitudinis perfectione &c. cum concordantia maxima actuali absque aliqua contrarietate in prædictorum operatione vt patet per rationes trianguli viridis huic principio applicati, & etiam in mixtione dicti trianguli cum triangulo rubeo & cum dicto principio. Et hæc applicare dimittimus Artistæ bene intuenti. Alij colores designãt D C existere cum omni perfectione simplicitatis numeri vltimati cum ipso per magisterium Artistæ & EFGHIK LNOP. & deinceps cognoscit Artista huius artis quòd istud principium per ma

gisterium dictorum principiorum potestarem habet multiplicandi ſuam ſpeciem dupliciter ſcilicet aliud generando ſibi ſimile in operationē & virtute, & tranſmutando ſubſtantias extrà. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta vt Artiſta cognoſcat ipſum eſſe perfectius quam M in virtute & operatione, & eſt valde vtile: quoniam per ipſum Artiſta aget miracula ſuper terram in tranſmutatione metlallorum & cura infirmitatum deſperatarum noſtri corporis.

Et ſic finitur declaratio principiorum arboris philoſophicalis.

Sequitur

Sequitur nunc arbor philosophicalis cum declaratione literarum.

Colores	*Generatio*	*Alteratio*
K	I	F
Digestio	*Venenū transformās*	*Dissolutio*
L	Q	H
Perfectum ens	*Mixtio*	*Fermentatio*
M	G	N
Colores	*Digestio*	*Generatio*
K	L	I
Cœlū menstruale	*Dissolutio*	*Corpus incōbustibile*
(Ͻ	H	(C)
Alteratio	*Mixtio*	*Generatio*
F	G	I
Ignis	*Cœlum*	*Corpus oleū*
R	D	(C)
Vinum	*Separatio*	*Aqua*
B	O	T
Operatio	*Aer*	*Terra*
P	S	V

A Chaos DRSTV.

Intelligentia
Prima materia
B
Homo
Forma
C
Cœlum
D
Elementa
E
Alteratio
Potentia
F
Homo
Mixtio
G

Dissolutio
H
Homo
Generatio
I
Intelligentia
Colores
K
Homo
Digestio
L
Intelligentia
Perfectum ens
M

Intelligentia
Fermentatio
N
Separatio
O
Homo
Operatio
P
Intelligentia
Venenum
transformans
Q

HAEC

HAEC EST SCVNDA PARS PRINCIPALIS PRIMAE PARTIS HVIVS DISTINctionis, quæ est theorica de declaratione principiorum figuræ S.



Ictum est de declaratione principiorum arboris philosophalis, cum qua intellectus consistit artificiatus et regulatus ad cognoscendum operationes & naturas eorum secundum quas conditionatur in processu seu magisterio huius artis particularis quęsiti. Nunc dicendum est de declaratione principiorum figurę S in opere minori. Cum qua declaratione intellectus regulabitur aliter in inuestigatione dicti particularis. Et primò de primi principij declaratione.

De primo principio figuræ S quod est forma.

FOrma est primũ principium positum hacin figura & per ipsum significatur idquod significatũ est in declaratione eiusdem in arbore philosophali, nisi quia hic est conditionatum ad formationem & non in MQQ existente differen te à Q arboris philosophalis, & conditionatur per C (C) DEFGHIKLOP, arboris philosophalis, & etiam per principia figuræ S, & de omnibus alijs dic vt in declaratione C arboris philosophalis. Et ideo istud principium significamus per A ad denotandum quòd ista operatio istius principij vnam conditionem habet hic in ista figura, aliam in arbore. primum principium est [illegible]

De secundo principio figuræ S quod est materia.

MAteria est secundum principium huius figuræ & est conscriptum quinque coloribus, qui quidem colores significant quinque substantias ab ipsa

ipſa materia egreſſas, & eſt ſignificatum per B, ſicut in radice arboris philoſophicalis. Et ideo declarare hîc plus non curamus eiuſmodi, quoniam ſatis pertractauimus eum in radice arboris philoſophicalis. Ideo dicendum eſt de iſto, vt ibi: nam etiam per iſtud principium habet Artiſta cognitionem diuerſam, ſecundum quod differenti modo poteſt ipſum cognoſcere in operatione huius artis: nam tangendo ipſum principium cum angulo differentiæ inuenitur, quòd alia eſt materia quæ eſt B, & alia quæ eſt D, alia quæ eſt O, alia quæ eſt M huius figuræ. Et ſecundum diuerſam cognitionem, quam habet de ipſo diuerſo modo conditionatur ad operandum, & regulat ſe in proceſſu huius artis, nam inuenit, quòd talis materia eſt M, cùm formatur cum A O X Y in P, ratione cuius oritur Q, de alijs dic vt ſuprà.

De tertio principio figuræ S, quod eſt corpus.

CORpus eſt alterum principiũ huius artis, & ſignificatur per litteram C,

& scribitur quinque coloribus, vt patet. & significant isti colores, quòd M oritur ab S T V Z cũ D. Quod M postea per A O X Y formatur & perficitur. Positum est autem istud principium in arte ista, vt Artista cognoscat quæ sunt substantię, ex quibus oriri potest M, vt formetper F P cum A O X Y, & fiat Q.

De quarto principio figuræ S, quod est lunaria.

LVnaria est quartum principiũ huius figuræ, & notare debet Artista, quòd cum isto facere debet E F G H I L M N O P R, mediãte R huius figuræ & R arboris philosophicalis. Positum est aũt istud principium in arte ista, vt cognoscat Artista significatum illius quid & quale est. Et intelligat ipsum necessarium ad omnes supradictas litteras, vt ducant ad M, & quòd postmodũ M per P A O X Y deueniat ad Q. De omnibus alijs potest dici secundum suum modum, vt dictum est de cœlo.

De quin-

De quinto principio figuræ S, quod eſt calcinatio.

CAlcinatio eſt aliud principiũ huius figuræ, & eſt ſcriptum quinque coloribus:& deſignat, quòd omnia corpora per ipſum tranſire debent. Et conſideratur dupliciter, ſecundum quod dupliciter fit eius opus in prædictis corporibus. Primo modo conſideratur E, prout fit cum Mercurio vulgi. Et ab iſto E patiuntur XY, & modus eius ſpecificatur in prima diſtinctiõe, in 2. parte eiuſdẽ, in capitulo, Et in hoc. par. Et magiſterium huius ſecreti, per totum. Alio modo cõſideratur, prout fit cum aceto fortiſsimo, & eſt modus vt fit crocus ferri:& ſub iſto E patitur V. Alio modo conſideratur E, prout fit cum ſulfure & auripigmento, & eſt modus vt fit æs vſtum:& ſub illo patitur Z. Alio modo, prout cõſideratur dictum E, prout fit cum D, & ſub iſto patiuntur STVXYZ. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta, vt intelligat Artiſta quòd dicta S T V X Y Z pati debent ſub illis modis ſupradictis, vt parata ſint ad ingre-

diendũ FG, & cętera huius artis principia.

De sexto principio figuræ S, quod est dissolutio.

DIssolutio est alterum principium in arte ista, & est designatũ coloribus quinque, & significatur per F ad denotandum differentiam inter F huius figuræ, & H arboris philosophalis, nam sub F huius figuræ patiuntur STVXYZ. Et sub H arboris philosophalis non patiuntur nisi C vel (C) & M: nam quinq; colores F hîc positi hoc denotant, quòd dicta STVXYZ patiuntur sub ipso mediãte D: & in isto passu cognoscit intellectus in nostro opere primas intentiones & secundas, secundum quod F primam intentionem habet ad destruendũ STVXYZ, eò quoniam est sibi contrarium, & priuat dicta STVXYZ à suo esse priori. Et quoniam per se non potest, dat se secundæ intentioni, videlicet D, vt cum D, quod est amicum dictorum STVXYZ possit ea corrumpere & ponere sub sua operatione, vt in ipsis attingat suum vltimum finem sicut ignis, qui primã intentionẽ habet ad aquam corrumpen-

rumpendum. Et quia immediatè non potest, dat se secundę intētioni, videlicet vt cū aere poſsit ſuum appetitū adimplere in destructione ſui cōtrarij. Poſitū eſt autem iſtud principiū in arte iſta, vt Artiſta intelligat qualiter vnum principiū ſine alio nequit operari: & vt cognoſcat dicta S T V X Y Z neceſſariò debere per ipſum tranſire antequam deueniat ad id quod quæritur.

De ſeptimo principio figuræ S, quod eſt euacuatio.

EVacuatio eſt aliud principium huius figuræ, & ſignificatum eſt per G, & eſt ſcriptum coloribus antedictis, vt cognoſcat intellectus quòd dicta S T V X Y Z pati debent ſub actione huius principij mediante noſtro D, vt eorū ſpiritus à viſceribus abſtrahatur occultus: qui quidē ſpiritus eſt materia, quæ formari debet cum A O X Y, vt poſt fermentationē tranſeat ad Q. Poſitum eſt autē iſtud principiū in arte iſta, vt Artiſta intelligat dicta S T V X Y Z trāſire debere per G. Et vt cognoſcat quòd id quod per G extrahitur à viſceribus ipſorum

rum S T V X Y Z eſt materia, de qua noſtrum Q in actum deduci debet mediantibus A O X Y.

De octauo principio figuræ S, quod eſt multiplicatio.

MUltiplicatio eſt alterum principium huius artis, & eſt ſignificatum per H, & dictis quinque coloribus eſt ſcriptum. Per iſtud principium habet Artiſta cognitionem, quòd id quod abſtractum eſt à viſceribus S T V X Y Z reduci debet ſuper ipſa, nam & magiſterium huius principij in practica demonſtrabitur in parte illa, quæ incipit, Completa iſta exuberatione &c. & ideo hîc reſumere non curamus propter prolixitatis argumentum. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta, vt Artiſta cognoſcat iterum S T V X Y Z cedere Q à viſceribus nauſeatis.

De nono principio figuræ S, quod eſt ſpiritus.

SPiritus eſt aliud principium in arte iſta, & per ipſum Artiſta habet notitiam, quomodo terra eſt euacuata ſecundum

dum modum & regimen, vt in practica est scriptũ in illa parte, quæ incipit, Modus liquefactionis. Positum est autẽ istud principium in arte ista, vt cognoscat istud principium esse argentum viuum in opere consideratum isto, vt patet per figurã.

De decimo principio figuræ S, quod est argentum viuum exuberatum.

ARgentum viuum exuberatum est alterum principium huius figuræ, & significatur per L. Et per ipsum Artista regulare potest intellectum, qualiter se habebit in eius cognitione, & hoc ponendo angulum differentiæ inter L & I, & inueniet quòd I differt ab L inquantum I est ante L, L verò post I. Et operationem L hîc dicere non curamus, nam plenè designatum est in practica huius figuræ in parte illa quæ incipit, Sequitur modus exuberationis. Est etiam aliud argentum viuum exuberatum, quod est claritas Perlarum lumen & splendor, & est ex aqua & arg. viuo vulgi facta ac exuberata septies

per

per distillationem. Positum est autē istud principiū in hac arte, vt sciat & cognoscat Artista quomodo I eleuatum est in L.

De vndecimo principio figuræ S, quod est sulfur naturæ.

SVlfur naturę est aliud principiū huius figuræ, & est designatum per M. Et per istum Artista habet cognitionem maximam in magisterio huius artis, dirigendo se per significationem colorum, quibus descriptū est: nam colores pallidus, viridis & niger significant istud principiū egredi ab L. Et color rubeus significat quòd per magisteriū ignis per actus ab extrà dictū M deuenit & oritur de L. Et per eundem modum conditionantur colores L I H G F E S T V X Y Z significādo quòd per magisterium coloris rubei, quod significat R arboris philosophalis L oritur ab I, & I ab H, & H ab G, & G ab F, & F ab E, & E ab S T V X Y Z: & tamē modum, quomodo vel qualiter M deuenit in actum, hîc dicere nō curamus, nā satis dicetur in practica sermocinali, quā videbis in illa parte, Completa ista exuberatione &c. in O. Quo autē

exe-

exequuto. Positū est autem istud principiū in arte ista, vt cognoscat Artista istud M & naturam eius, & eius originem, ponendo ipsum in angulo differentiæ, quòd si dictum angulum ponat in angulo finis, per eorum rationes inueniet, quòd dictū M continet in se differentiam, quæ est finis terminationis complementi filij geniti ab STVZ. Et etiam quòd est aptus ad se induendum vestes purpureas & albas. Et etiam cognoscit Artista, quòd in M, quod est processum ab X Y est differentiæ quæ est posita in medio, quousque deueniat ad O, & dum est in O, ibi cognoscit Artista ipsum esse in fine terminationis: & ex isto puncto notare debet Artista differentiā quæ est inter M, quod oritur ab STVZ, & M quod oritur ab XY, vt per dictam differentiam sciat se regulare in processu, & operationem dictorum M. Et quòd applicare sciat dicta M secundum suum modū in practica huius artis.

De duodecimo principio huius figuræ S, quod est tinctura.

TInctura est alterum principiũ huius artis, & est significatum per N, & est scriptum dupliciter in rotula sua. Primo modo coloribus viridi & croceo. Secundo modo coloribus rubeo & croceo, viridi & nigro: nam prima pars scripta coloribus viridi & croceo, significat tincturam, cum qua M debet tingi, & oritur ab X Y per magisteriũ DEFGHIKLMN principiorum huius figuræ: aut per magisteriũ primæ distinctionis, in 2. parte, in capitulo, Sicut diximus &c. par. Quo facto &c. Alia verò pars, quæ scripta est cum quinque coloribus, designat quòd M quorumlibet, scilicet STVZ induere se debent dicta tinctura, vt fiat Q, & potest fieri per vnum M, tantùm se induat tali tinctura, & potestatem habebit patris & matris, à quo duxit ortum in illam scilicet vestem, vt pòst in regali sede gaudere posit, qui à regalibus sedibus nõ venit. Et si cõiuncta non fuerint duo M simul tanquam fratres, & vestita fuerint quolibet dictorum indumentorum simul patres in sua sede ponent illos induendo & ornando de suis vestibus, & sedere ipsos facient ad mensam

sam

ſam regiam. Et ſicut dixi quòd duobns M ſimul Artiſta poteſt intelligere ſic de trib⁹ ſimul vel quatuor, & huius ſpecificatus eſt modus in proceſſu tabularum.

De decimotertio principio, figuræ S quod eſt oleum.

OLeum eſt aliud principium huius artis & eſt ſignificatum per O, & eſt ſcriptum coloribus duobus ſcilicet croceo & viridi, & ſignificāt iſti colores quòd O debet oriri ab X Y, quod quidem O per magiſterium dictorum principiorum ſcilicet E F G H I K L M N P, vel per magiſterium primæ diſtinctionis in ſecunda parte in capitulo Sicut diximus. § Quo facto &c. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta, vt cognoſcat Artiſta indumentum quod induere debet M dictorũ S T V Z, vt exaltatum ſit in cathedra regia & diadema contineat ſupra caput eius duobus lapidibus precioſis ornatum.

De decimoquarto principio figuræ S quod eſt inceratio.

INceratio est aliud principium huius figurę & est significatum per P & designatur in sua rotula per quinque colores. Nam primus color significat ignē & Venerem. Alij colores significant S T V Y Z, & conditio eius est, vt per colores significetū quòd illę STVZ debent poni in P cū O genito ex X Y & hoc igne per accidēs mediante. Et istud magisteriū ponere hic non curamus: nam ponetur infra in practica huius figuræ in parte illa quæ incipit, Sequitur modus incerationis, per totum.

De decimoquinto principio huius figuræ S quod est sublimatio.

SVblimatio est aliud principium huius figuræ & est significatum per R. Et Artista huius artis duplicem cognitionem habet tangendo ipsum cum angulo differentię & etiam per mixtionem trianguli rubei cum qualibet parte differente attingit intellectus quemlibet modum dicti R existere principium, finē & medium: nam primus modus est prout consideratur quod est quidam modus quo mediante

mediante ab igne ad extra H I conuertitur in L,& L conuertitur in M. Alio modo consideratur istud principium prout quodlibet istorum principiorum est sublimatum in maioritate perfectionis, quàm R, et M quàm L, et Q quàm vllum istorum. Et per consequens per mixtionem litterarum dicti trianguli inueniet quod est magis circa perfectionis finem ad Q ingrediendum, sicut L quod existit magis propinquum ad istum finem quàm I et M, et O quam L, vel aliquod aliud; et sic de medio intelligendo in O quæ sunt magis propinqua media ad Q quàm E F G H I K L R S T V X Y Z, eò quòd obiectat ipsum immediatè et sic de principio suo modo potest dici scilicet quòd dicta M O sunt principia magis propinqua ad Q quàm aliquod dictorum, et per consequens magis sublimia, et sic per rationes quæ possunt fieri miscendo triangulum croceum cum rubeo, et cum dicto angulo differentiæ et omnes rationes dictorum triangulorum et angulorũ, miscendo cum isto principio faciet Artista scientiã de conditioni

bus R in processu huius artis. Positum est autem istud principiũ in arte ista vt Artista per ea quæ dicta sunt de ipso conditionetur ad intelligendum cõditiones, secundum quas istud principium conditionatur in magisterio huius artis, & sic de illis faciet iudicium in practica.

De decimosexto principio huius figuræ S quod est lapis.

Lapis est vltimatum principium & est positum in figura ista & significatum per Q, & conditio istius principij est, vt Artista ipsum speculando recolat ipsum esse finẽ & complementum S T V Z X Y & A B C D E F G H I K L M N O P R, in quo quidem quiescunt vt salamandra in igne, & etiam quiescunt in ipso tanquã partes in suo toto, scilicet tãquam bonitas, magnitudo & cęterę partes substantiæ in ipsa substantia. Nam nouit Artista huius artis quòd dicta principia in Q attingũt finẽ quare sunt secundaria intẽtione, vt ipsa in Q & ꝑ quod Q attingat finem suum primariũ propter quod sunt inquietata. Qui quidem finis est homo &

talis finis primarius maior eſt quàm ſecundarius vt in pluribus locis explicauimus. Et ideo hic explicare non curamus, quia non eſt de noſtro propoſito talis explicatio in arte iſta. Poſitum eſt autem iſtud principium in arte iſta, vt Artiſta cognoſcat quid eſt Q, & cognoſcat etiam ipſum finem eſſe magiſterij huius figuræ, cum quo et per quod poteſt facere terribilia in opere Alchymico. Item STVXZY ſunt principia poſita in hac figura vt per iſta habeat Artiſta cgnitionem quod ipſa ſunt res ſiue ſubſtantię de quibus oritur id ex quo componitur Q quædam ſe habẽtia materialiter & quędam formaliter: quæ ſe habent materialiter ſunt STVZ quodlibet per ſe vel duo ſimul, vel tria vel quatuor ad placitum Artiſtę: quæ verò ſe habent formaliter ſunt X vel Y hoc eſt dictum quòd Artiſta cognoſcit dicta S T V Z. eſſe ſubſtantiam, ex quibus trahitur materia ſeu ar. viuum, quod formari debet vt fiat Q & X Z eſſe ſubſtantiam, ex quibus conſtituitur forma cum qua & per quam dictum ar. viuum formatur vt ex dicto ar. viuo & ex dicta forma oriatur

 tertium

tertium quod est Q. Posita sunt ista principia in arte ista vt Artista cognoscat substantias in quib' materia & forma particularis nostri existunt in potentia, vt postea per magisterium huius artis sciat deducere ad actum faciendo instrumentum de E F G H I K L M N O P. Nam nonnulli fuerunt qui panem volebant conficere, ignorabant verò substantias de quibus id quod quęrebatur in actũ deueniebat. Et si verò sciebant nesciebant ipsum in actũ deducere, quoniam ignorabant principia huius artis.

De decimoseptimo principio figuræ S quod est elementa.

ELementa est alterum principium huius artis, & est significatum per Y rubeum & conditionatur in processu huius artis dupliciter, primo modo intelligit Artista huius artis quòd E F G H I K L M N O P Q R dirigi debent per ignem ab extrà per Artistam huius artis exhibitum & applicatum ad K infra quod dicta E F G H I L M N O P R Q, regi & administrari

ministrari debēt. Et etiā intelligit & recolit EFGHILMNOPRR mediante aqua, quæ est D, & mediante igne in K. Alio modo intelligit dicti principij separationem ab XYZ, vt ex ipsis fiat O. Et explicare hîc non curamus modum istius separationis, quoniam ipsum explicatum reperies in practica huius figuræ, in parte illa quæ incipit, Completa prima liquefactione, &c. per totum. Positum est autem istud principium in arte ista, vt Artista se regulet in artis huius processu secundum conditiones, quibus in ista figura conditionatur: vnde cum ipso & cum alijs principijs ipsi applicatis, inde oriatur particulare, quod quæritur.

De decimooctauo principio figuræ S, quod est K, id est alembicus.

ALembicus est alterū principiū huius figuræ, & per ipsum cognoscit intellectus, quale est vas, in quo principia huius figuræ vsq; ad Q debent regi, & operari in generatione nostri Q. Et quoniam satis patet per totam practicā huius figu-

ræ quòd habeat officiũ in processu huius artis, ideo de ipso hîc plus dicere non curamus &c.

Explicit prima pars tertię distinctionis quæ est de theorica, explanans significationes & vtilitates principiorum huius artis transmutatoriæ metallorum.

S

Forma	*Spiritus arg.vi.*	*Sublimatio*
A	*Medium coniunct.*	R
	I	*Saturnus*
Materia	*Vas vitreum*	*S*
B	K	*Iupiter*
Corpus, Principium	*Arg. vi. exube.*	T
C	*L*	*Mars*
Lunaria	*Sulfur naturæ*	*V*
D	*M*	*Sol*
Calcinatio	*Tinctura*	*X*
E	N	*Luna*
Dissolutio	*Oleum*	*Y*
F	*O*	*Venus*
Euacuatio	*Inceratio*	Z
G	P	
Multiplicctio	*Lapis, Finis*	
H	*Q*	

PARS

PARS SECVNDA PRINCIPALIS HVIVS TERTIAE DISTINCTIONIS, QVAE *est practica operis maioris seu arboris philosophalis.*


Ictum est de prima parte, quę est de theorica, declarans principia huius artis. Modò dicendũest de practica, in qua videbitur qualiter & quomodo principia combinantur in operatione nostri lapidis: & primò de practica arboris philosophalis.

De practica arboris philosophalis.

COmpletis principiorum declarationibus, cũ quibus Artista existit conditionatus ad intelligendum cuiuslibet operationem secundum modum suæ naturæ, nunc de practica pandam, quæ est finis & complementum theoricæ: & primò de materiali principio ordientes, incipimus cum Dei adiutorio nostram practicam operis maioris sic: Recipe vi-

num rubeum vel album,& fac de eo vt suprà designauimus in prima distinctione, in parte secunda, capitulo primo,§. Accipias vinũ &c. Postquam habueris cœlum nostrũ seu Mercurium vegetabilẽ secundum magisterium dicti paragraphi conditionatum per magisteriũ capituli iam dicti, & partis quæ incipit, Facta p multos dies &c. in §. Et cùm foramẽ aperueris per totum vsque ad §. quòd si non inueneris pone ad partẽ. Item recipe aurũ vel argentũ calcinatũ per magisteriũ cap. iam dicti quod incipit, In hoc loco. in 4. c. §. Et magisteriũ huius secreti, per totũ, & cõditionẽ p M figuræ de S: Seu recipe (C) vel C prædictorum, quod melius erit, & facias ipsum per magisterium capituli, sicut diximus suprà in §. Quo facto. Et deinceps vsque ad finem capituli. Postea diuide per elementa: quibus habitis seu quolibet illorum, scias pondus dicti D, & si fuerint tres libræ de (C), ponas duas vncias super duplas quatuordecim de C, & si (C) fuerit de X, super mediam libram ponas duas, & dimidiam: & sic eiusdem duas, & facies coniugium ponendo D

cum

cum C vel (C) in G, & claude fortiſsimè vas cum luto facto ex albumine oui, & calce viua. Et vas ſit factum ad modum cuiuſdam figuræ infrà poſitæ. Quod poſtea pone in balneo Mariæ, vel in furno ſecreto, vel in fimo ſummè calido, quod facias ſi ad angulum domus viginti vel triginta onera fimi poſita fuerint. Et etiam quanto plus, tanto melius, taliter vt ſemper ardeat ſine adiutorio aliquo: ſecurior tamen eſt operatio balnei aut furni ſecreti timore receſſus caloris à fimo, nam ignem oportet ibi ſuum habere actum. Quòd ſi defuerit, ad malum eſt opus, quoniam ſequetur priuatio finis: da igitur ſibi ignem quouis iſtorum modorum ſucceſsiuè & ſine intermiſsione, quouſque per H veniat ad F: ſicq; cognoſces, quoniã incipit generari alius color qui niger erit. Non arbitreris ipſum eſſe colorẽ nigrum ad modum encauſti, ſed eſt color ille ad modũ mali granati obſcuri. Et poſtquã tale ſignũ videris, intelliges C vel(C) et D trãſire p H F I & P. et quod facta eſt ibi colligantia amoris inter C vel(C) cõuerſum eſt in D, & D in (C) Deinde cõtinuando de-

do decoctionem ſine intermiſsione, temperatè continuando, & in C (C) D incepérit ingredi in L I, & durat L I per K vſq; ad M, quoniam mortificatur ille color niger, & per continuationem K album oritur. Et cùm C(C)D K album apparet, tunc eſt ſignum demonſtrationis, quòd oſſa & nerui infantis noſtri recipiunt cõiungi in tertio numero, & durat iſta operatio vſque ad K croceum; & poſtquam oritur k croceum, tunc Artiſta intelligit quòd corpus noſtri infantis eſt formatũ & completum, & organizatum, & incipit præparari, vt ſpiritus vegetabilis ingrediatur in ipſo: & durat iſta natura, donec in præparatione k croceum euaneſcat, & oriatur k rubeum. Et dum ortum eſt rubeum k, in corpore infantis eſt anima vegetabilis, & tunc Artiſta intelligere debet dictum infantem eſſe in fine terminationis corporis & animę. Tunc veraciter Artiſtam computum dierum oportet habere in habitu, à quibus incepta eſt generatio noſtri infantis, quã cognoſces, poſtquam H ibi actum, & finem ſuum compleuit, vt ad oculum notare potes, & ab ipſo tempore vſq;

re vſq; dũ compleatur bis tantum tempus ignẽ ſibi inceſſanter adminiſtrare nõ prętermittas: quo tempore finito, dimitte quouſque frigefiat, quo frigefacto, inuenies infantem noſtrum rotundum ad oui modum, quem extrahes & mundabis, quẽ accipias, & ponas in quodam vaſe vitreo bene mundo, & ponas ipſum in furno decoctionis, quod eſt balneum ſiccum ſeu ſtuffa per ſex dies naturales, adminiſtrando ſibi ignem ſucceſsiuè per vnum modũ taliter, quòd vbi ſteterit vas, grauiter poſſis manum intùs ſuſtinere, & tunc extrahe, & ipſum precioſiſsimè obſeruabis ad temporis opportunitatẽ, de quo pondus vnum ſupra duo millia eſt ſufficiens multiplicare ſimilitudinem ſuam in ſubſtantijs extrà: eſt enim aliud de ſecretis naturæ, quomodo de M Q Artiſta poteſt facere. Et modus eſt: Recipe libram, ſcilicet dicti menſtrui, & duas vncias dicti C vel (C) vel duas ℥ & dimidiam ſecundũ conditionem prædictã, & de M ſolummodò pondus vnius ʒ per triginta dierum ſpacium totum illud erit conuerſum in Q, faciendo ignis applicationem temperatè ſine intermiſ-

termiſsione regulando ſe per K ſecundum magis & minus, vſquequo viderit corpus vnum rotundum cum rubore. Et ſi eſt ad album cum albedine metalligena. Et hîc notare debet Artiſta, quòd K differt in generatione infantium, nam K infantis Q rubei conditionatum eſt vt ſuprà. Sed k infantis Q albi eſt conditionatum alia conditione, nam primum k eſt viride cum rubore. Secundum k quod eſt ſignum cõiunctionis partium ad totum, eſt ad modum crocei mixti cum rubore ſplendido. Tertium k, quod eſt ſignum terminationis corporis infantis eſt album, ſplendidum. Quartum k, quod eſt ſignum ingreſsionis animæ in corpus, eſt album, niueum, mixtum cùm k metalligeneo. Et cum iſto K exire debet & naſci à ventre matris. De quo pondus vnum ſupra tria millia B, potens eſt ſpeciem ſuam multiplicare. Et de tertia ſupra millia 500. Et de iſto Q facere potes vt ſuprà. Item exiſtimans in nullo opere Alchymico tempus certum fuiſſe, quoniam aliquando noſter infans oritur citius, & hoc quia

calor per accidens fuit communiter fortis, & aliquando tardius propter defectum caloris, vt patet in fœtu, quoniam aliquando oritur ad menſes nouem, & hoc contingit pluries in iuuenibus, in quibus calor naturalis eſt fortior. Et aliud in illis, in quibus calor naturalis non eſt ita vigoroſus. K eſt tibi ſignum in magiſterio totius operis, & per ipſum te poteris regulare, quomodo eſt noſter infans in H, & hoc dum videris totum liquefactum, & incipit oriri K nigrum: tunc ſcias ipſum eſſe in G, & quòd tranſiuit per F. Et poſtquam venit K croceum, intelligas organizatum, & corpus eſſe formatum. Et poſtquam venit K rubeum, intelligerè debet Artiſta corpus eſſe cum anima: & tunc intelliget quòd dare debet ſibi ignem, vt ſuprà, vſque ad ortum & natiuitatem eorum. Et ſicut dixi de iſto K in generatione rubei infantis: ita dices de K in generatione albi ſecundum ſuum modum, vt ſuprà explicatum eſt: & cum talibus quidem ſignis & doctrina magiſterij Artiſta ſecurè operari

pote-

poterit iuxta practicam & magisterium secundum conditionem & operationem arboris. Et respiciendo principia huius artis, qualiter in dicta arbore sunt situata, & respiciendo declarationes eorum & doctrinam practicæ huius, erit perfectè operans, & Artista maximus in opere Alchymico.

SEQVITVR

SEQVITVR PRACTICA OPERIS MINORIS.

Tabula ista dat modum faciendi Elixir à Saturno & Ioue ad faciendum Solem vel Lunam ex Saturno & Ioue tantùm.

std e	std f	std g	std h
std i	std l	std m	std n
std r	std o	std p	std q

Tabula Saturni & Martis, vt ex eis fiat Elixir supra Saturnum & Martem simul.

svd e	svd f	svd g	svd h
svd i	svd l	svd m	svd n
svd r	svd o	svd p	svd q

Tabula Saturni & Veneris qualiter ex eis fiat Elixir supra Saturnum & Vencrem ad Solem & Lunam.

szd e	szd f	szd g	szd h
szd i	szd l	szd m	szd n
szd r	szd o	szd p	szd q

Tabula ista docet facere Elixir de Marte & Venere ad operandum Solem vel Lunam de eisdem tantummodò.

vzd e	vzd f	vzd g	vzd h
vzd i	vzd l	vzd m	vzd n
vzd r	vzd o	vzd p	vzd q

Ista tabula dat modum operandi Elixir ex Saturno, Ioue & Marte ad faciendum Solem vel Lunā ex eisdem tantummodò.

stvd e	stvd f	stvd g	s t v h
stvd i	stvd l	stvd m	s t v n
stvd r	stvd o	stvd p	s t v q

Ista ta-

Iſta tabula dat modum operandi Elixir ex Saturno, Ioue & Marte, & Venere, vt ex omnibus ſimul poßit fieri Sol aut Luna.

s t v z d e	s t v z d f	s t v z d g	s t v z d h
s t v z d i	s t v z d l	s t v z d m	s t v z d n
s t v z d r	s t v z d o	s t v z d p	s t v z d q

Tabula Martis & Iouis qualiter fit Elixir ſupra Martem & Iouem ad Solem & ad Lunam.

v t d e	v t d f	v t d g	v t d h
v t d i	v t d l	v t d m	v t d n
v t d r	v t d o	v t d p	v t d q

Tabula iſta docet facere oleum ex Sole & Luna, quod dicitur oleum incombuſtibile.

x y d e	x y d	x y d g	x y d h
x y d i	x y d	x y d m	x y d n
x y d r	x y d	x y d p	x y d q

Istæ supradictæ tabulæ, sunt tabulæ exteriores abstractæ à figura S.

PRACTICA OPERIS MINORIS SEV FIGVRAE S, ET EST DECLARATIO *tabularum infra & extra figuram S.*



Ictum est de modo practicandi per processum & doctrinam, secundum conditionem arboris philosophalis. Dicendum est de practica figuræ S, quæ dupliciter consideratúr: Primo modo secundum conditiones tabularum, quas habet intra se & extra se. Alio modo sermocinaliter vbi prolixius specificatus est modus. Et modus tabularum consideratur dupliciter: nam tabulæ quæ sunt infra figuram, dant doctrinam quomodo Artista operari potest de quolibet corporum materialium per se singulariter, taliter vt Q eius opus faciat

faciat ſupra id. Aliæ tabulæ dant quomodo poteſt Artiſta ſimul ex duobus vel tribus vel quatuor ad placitum operari, vt ſecundum eorum conditionem dictorum Q conditionetur in proiectione & tranſmutatione eorum, & primò de tabulis quæ ſunt intra.

Declaratio primæ tabulæ, poſitæ intra figuram S.

IN iſta parte dare doctrinam proponimus in opere minori per tabulas figuræ S, quæ ſunt intra. Et per tabulas quæ ſunt extra, vt intellectus Artiſtæ conſiſtat ordinatus ad multimodã maneriẽ habendo in magiſterio eius. Et doctrina tabularũ, quę ſunt intra, talis eſt incipiendo à tabula, quę incipit C S. Ita per totũ proceſſum circularẽ ipſius tabulę ſignificata camerarum declarabimus. Et ſecundariò dictas tabulas tranſuerſaliter incipiendo à camera ſuperiori, veniendo per lineam rectam ad cęteras breui ſermone edicere

proponimus. Et ſicut eſt de modo, quem tenebimus in dictę tabulę explicatione, ſic de alijs proſequemur: nam vt per hanc declarationem Artiſta poteſt regulare intellectum ad practicandũ in hac arte primarũ camerarum & ſecundarũ & tertiarum: & ſic de alijs procedendo rectè circulariter aut tranſuerſaliter. Vnus eſt enim modus ſignificandi, & differentia conſiſtit in ratione ſubiectorum differentium. Et ſic potes dicere de omnibus alijs tabulis & earum cameris: nam camera C S ſignificat in hac arte, quod S eſt vnum de ſubiectis, cum quo operari habet Artiſta huius artis. Et etiam ſignificatur in ipſa camera quod S eſt corpus & non ſpiritus. Et etiam intelligere habet Artiſta, quòd filius eius à ventre eius exuberari debet: qui quidem filius dicitur ſpiritus, ſeu argentum viuum, vel materia, apta nata ad recipiendum quamcunque formam. Sed iſtum modum ſatis ſpecificabimus in practica ſermocinali, & ſicut dixi de camera C S, ita dici poteſt de camera C T, & C V vſque ad cameram C Y ſecundum ſuum modum: ſed differentia eſt inter iſtos ſpiritus,

ritus, quoniam quidam ſunt qui dicuntur eſſe formabiles, id eſt, apti nati, vt ex eis fiat forma. Alij verò dicuntur eſſe materia. Spiritus verò qui dicuntur eſſe formabiles ſunt qui exuberantur ab X Y. Alij verò qui dicuntur eſſe materia, ſunt ſpiritus qui exuberantur ab S T V Z.

Vlterius veniamus ad cameras quæ infra iſtas ſunt ſituarę eundem proceſſum habentes. Et in prima camera quæ eſt de D S incipiendo vſque ad cameram D Y non capiendo cameras tranſuerſaliter ſignificatur quòd quodlibet dictorum corporum habet comminui cum lunaria vt expedit in ſuo vaſe, quibus ita ſituatis, aliç cameræ quæ infra iſtas ſunt immediatè, quarum prima eſt E S, & vltima E Y ſignificatur quòd dicta corpora calcinari debent intùs in ſuo vaſe cum ſua lunaria. Et eſt alia calcinatio quæ in V Z fit antequam iſta quæ fit cum lunaria. Et alia ſimiliter quæ fit in X Y, & de hoc quære in declaratione calcinationis. Qua quidem calcinatione cum lunaria facta in dictis corporibus, aliæ cameræ quæ im-

mediatè sequentur istas. Quarum prima camera est F S, & vltima F Y, significant, quòd postquam ista coprpora calcinata sunt in ventre lunarię, quòd ibi debet dissolui, vt requirit & iubet practica sermocinalis. Quibus dissolutis, alię

c s	c t	c u	c z	c x	c y
d s	d t	d u	d z	d x	d y
e s	e t	e u	e z	e x	e y
f s	f t	f u	f z	f x	f y
g s	g t	g u	g z	g x	g y
h s	h t	h u	h z	h x	h y
i s	i t	i u	i z	i x	i y

camerę quę immediatè sequuntur, significant quòd dicta corpora euacuari debent à suo spiritu, vt in dicta practica significabitur: quibus bene à spiritu euacuatis, vt expedit, alię cameræ quæ immediatè sequuntur, significant quòd dicta corpora euacuata multiplicari debent: & etiam significant, quòd in omnibus istis operationibus Artista se debet regulare per practicam sermocinalem, nam ibi de omnibus istis existit speciatus modus. Et sic est finita specificatio istius primę tabulæ.

De secun-

De secunda tabula intra figuram S.

DIcto de prima tabula quæ est intra figuram S, transeamus ad aliam tabulam, cuius prima camera est D F S & vltima D F Y. Et ista tabula est subiectum, per quod Artista se regulat in operatione dissolutionis, euacuationis, multiplicationis & in cognitione spiritus, & hoc cognoscendo & regendo se per modum, quod est subiectum positum in hac tabula, quo mediante principia posita in hac tabula diriguntur in magisterio operationis particularis, quod quidem est D, de quo subiectum facimus de quolibet vero corpore prædicatum:

dfs	dft	dfu	dfz	dfx	dfy
dgs	dgt	dgu	dgz	dgx	dgy
dhs	dht	dhu	dhz	dhx	dhy
dis	dit	diu	diz	dix	diy

De principijs verò alijs ibi positis medium influens & refluens, naturam sapiens vtriusque. Et de hoc exemplum dabi-

mus in vna camerarum, vt per ea, quæ de ipsa orta fuerint intellectus consistat artificiatus de alijs cameris ipsius tabulæ secundum suum modum, sicut camera DFS. Cuius cameræ subiectum est D, prædicatum est S, medium est F. Nam ibi D est principium agens in S, mediante F, sicut bonitas agit in bonificabile, mediãte suo fine, sub quo FS reddit se passiuum, naturam F in se recipiens. Et sic F est medium sapiens naturam D S, inquantum ab ipso primariè procedit, & naturam sapiens S quoniam ipsum induit F ipsum S suam similitudinẽ. Et ipsum I seipsum induit in similitudinẽ ipsius S, quoniam similitudem ipsi D repræsentat & sic lunaria est ibi principium mouens S, & hoc cum F, cum quo instrumentum facit. Et sicut de ista camera dixi, ita simili modo dicere poteris de alijs cameris, scilicet vbi est F ponendo S in G, vel H, vel I. Et per hoc intellectus Artistæ constat regulatus in significatione huius tabulæ. Et hoc intelligendo quòd dissolutio & euacuatio & spiritus quæ fieri habent in dictis & ex dictis S T V X Y Z fieri habent necessariò
cum

cum lunaria. Nam modus istorum trium principiorum specificatus est in practica sermocinali.

De tertia tabula figuræ S, quæ est intra ipsam.

FActo isto magisterio istius tabulæ oportet Artistam transire ad aliam tabulam, cuius prima camera est IS, et vltima IY. Et primæ cameræ istius superioris cameræ, quarum prima est IS et vltima IY significāt, quod STVXYZ cōuertunt in I.

is	it	iu	iz	ix	iy
ls	lt	lu	lz	lx	ly
ms	mt	mu	mz	mx	my
ns	nt	nu	nz	nx	ny
rs	rt	ru	rz	rx	ry
os	ot	ou	oz	ox	oy

Item aliȩ cameræ immediatè sequētes, quarum prima est LS, & vltima est LY, significant quòd postquam dicta STVXYZ conuersa fuerint in I, quòd necessariò Artista ipsa habet cōuertere in L, & de L in M, & de M in N, & de N in R, & de R in O, vt patet per processum camerarū ipsius tabulæ, sicut cameræ, quæ immediatè sequunt̄ cameras iam dictas, quarum prima est LS, & vltima LY,

L Y, ſignificant quòd L tranſmutari de-
bet in M,& aliæ quæ immediantè ſequun
tur,quarum prima eſt M S, & vltima M
Y, ſignificant quòd M tranſmutari de-
bet in N. Et aliæ quæ immediatè ſe-
quuntur, quarum prima eſt R S, & vlti-
ma R Y, ſignificant quòd tranſmutatio
debet in dictis fieri R mediante, quære
in practica ſermocinali. Nam ibi ho-
rum principiorum iſtius tabulæ clariſſi-
mè panſus eſt modus. Item vltimæ ca-
meræ iſtius tabulæ, quarum prima eſt O
S,& vltima O Y ſignificant quòd ad hoc
vt ex M fiat N,requiritur quòd M tranſ-
eat primo per O, quod quidem O ex di-
ctis fieri habet in balneo, aut in fimo for-
tiſſimi caloris. Et ſi duræ forte fuerit
diſſolutionis, applicet ſibi Artiſta quan-
dam modicam quantitatem noſtri Mer
curij vegetabilis,& ſic cito M vertetur in
O, & tunc eſt forma & materia parata.

De quarta tabula intra figu- ram S.

COmpleto itaq; magiſterio huius ta-
bulæ,Artiſta tranſeat ad alteram ta-
bulam,

bulam, cuius prima camera est D L S, & vltima D L Y. Et significatum istarum camerarum istius tabulæ accipiat transuersaliter, scilicet incipiendo à camera D L S vsque ad cameram D L Y. Et etiam incipiendo à camera M Q S vsq; ad cameram M Q Y. Et etiam incipiendo à camera N F S vsq; ad camerã N F Y, nã primarũ camera-

d l s	d l t	d l u	d l z	d l x	d l y
n f s	n f t	n f u	n f z	n f x	n f y
m q s	m q t	m q u	m q z	m q x	m q y

rum, quarũ prima est D L S, & vltima D L Y modus significat, quòd ad hoc quòd vnũquodlibet istorũ S T V X Y Z. transeat ad L, quod mediũ agens illum motum transmutationis debet esse D, per quod Artista intelligere debet, quòd absque D minimè Y in L transire, nec etiam transmutari valet. Aliæ verò cameræ, quarum prima est M Q S, & vltima M Q Y significant quòd L transire debet in M, in quo quidẽ M sunt propriè Q, & hoc dictum est, quòd sunt in penultimo gradu accessionis ad Q. Aliæ verò cameræ sunt, quarum prima est N F S, vltima

vltima verò N F Y, significant quod x y aptum natum est, vt sit forma, & aliud M S T V Z aptũ natum est vt sit receptibile formæ, & hoc intelligere habet Artista, quòd de necessario M de X Y conuerti habet in M, vt dictum est suprà: de alijs verò curam Artista nequaquam habere debet, nec etiam laborare, vt conuertantur in O, tamen si affectauerit, & ipsa transire fecerit in O, bene quidem erit. Itaque erit Q fortius in operatione, & modũ quem designat ista tabula, quęre in practica sermocinali, nam ibi satis clarè declarabimus doctrinam practicæ principiorum huius tabulę, taliter quòd si liquidè obiectare velis, si exegerit, faciliter id quod quæritur, iubare lucidius rutilabit.

De quinta tabula intra figuram S.

ET tandem completo magisterio secundum doctrinam prælibatæ tabulæ, transitus suos Artista huius artis in aliam tabulam dirigat, cuius prior camera extitit ex O X, O Y: vltima verò O P, M Q. Et pri-

Et primæ cameræ significatio est, quòd X habet fieri O, & Y habet fieri O per quatuor elementorum separationem, & hoc designant quatuor puncta in medio exi-

o x o y	. . . .	o p m q
m s	m t	m u. m z.

stentia cameræ. Et quoniam iste modus aliqualiter est grauis, sufficit tibi quòd postquam X Y transmutata fuerint in M, quòd dictum M ponas in F, & facias si duræ dissolutionis fuerit, vt suprà dictũ est, aut per modum primæ distinctionis, Canone tertio, in secunda parte, in capitulo, Licet suprà docuerimus. in §. Quo facto. Quodlibet istorum modorum & dictum M S, aliæque cameræ inferiores significant quòd M de S T V Z formari debent cum O de x y: quo facto & finito, aliæ cameræ vltimæ significant quòd dictum M dictorum S T V Z per O P quiescit in Q M, in quo omnia finem terminationis atque perfectionis attingunt, sicut principia artis generalis in substantiæ constitutione.

De sexta & vltima tabula intra figuram S.

VEruntamen Artistam huius artis transire oportet ad tabulā reliquam, cuius prima camera est S T, & vltima Y Z. Et per omnes cameras istius figuræ significatur modus conuersionis quasi simplicis, quæ fit ex istis in tertium: quod quidē tertium est tot consideratum modis, quot sunt omnes aliæ tabulæ intra figurā istam existentes, & etiam extra. Et modus significationis istius tabulæ est talis: nam certum est quòd S T V X Y Z conuertuntur in I, & S est T in I, & S est O M I, & N est S M I. Et

st	sv	sz	sx	sy
tv	tz	tx	ty	
vz	vx	vy		
zx	zy			

sic dici potest de omnibus alijs cameris huius figuræ secundum suum modū applicando dictam conuersionem ad L M N O Q. Et cognoscit intellectus quomodò existit ista conuersio conditionata inter dicta S T V X Y Z in numero tertio resultato ex eis, secundum quod Artistæ huius

artis placuerit. Et prędictæ conuersiones quas fecimus ita valent sicut si diceres ST sunt vnius & eiusdem naturæ in I, ergo sunt idē in I, vel LMNOQ, in quolibet quidem istorum ipsis dictis STVXYZ existentibus extra numerū, & antiquum esse, & habentibus aliam naturam indiuiduatam & multiplicatam per viam generationis & processionis in IMNO Q, & proprijssimè hoc dici potest in Q, quàm in ILMNO: quoniam Q est substantia multiplicata ex eorum vnitatibus, quæ quidem virtutem habent vnam ex omnibus istis. Et ex eorum multiplicatione existit multiplicatio sua in vltimata vnitate simplici à seipsa tantùm, & non ab alia. Quam quidem vltimatam vnitatem quodlibet dictorum STVXYZ antequam conuersa essent in Q, non habebant. Quæ verò vnitas postea se extendit in multiplicatione principiorum extra existētium taliter quòd in substantijs iam dictis fiat augmentatio suę formæ, & operum virtuosorum multiplicatio, & sic finita est doctrina tabularum, secundum quam Artista se potest regulare in magi-

ſterio operis minoris, tangendo quamlibet tabulam, & principia eius cum triangulo viridi, & hoc per rationes trianguli rubei mixtas cum eodem triangulo inueniet qualiter principia tabularum ſunt conditionata per triangulum croceum. Et de hoc dabimus breuiter exemplum: pone prius angulum differentiæ inter tabulas, & inuenies qualiter ibi cameræ differentes ſunt numero, quia quædam eſt, cuius prima camera eſt T S, alia eſt cuius prima camera eſt I S &c. Item etiam differunt, quia quædam eſt, quæ circulationis lineas habet nigras, alia pallidas, alia rubeas, alia azurinas. Et aliæ ſunt etiam tabulæ quæ lineas mixtas habent de vtroque colore, vt in figura patet.

Conditionatis ſic dictis tabulis, oportet Artiſtam eorũ cameras conditionare per dictum angulum. Et hoc ſatis patet. Quibus ſic conditionatis oportet Artiſtã conditionare earum camerarum ſignificata, & in hac conditione commiſcere oportet angulum concordantiæ, ſcilicet qualiter dictæ cameræ differentes numero,

ro,

ro, concordantes ſint in eadem operatione, ſicut ſunt cameræ C S, & C N &c. quæ differenties ſunt numero, tamen concordant in vna & eadem operatione: differentia eſt in S & T ſignificando, & conditionantur operationes dictarum camerarum in generatione naturali, ſicut generatio quæ generat, & priuatio quæ priuat: & differentia iſtarum non eſt propter indiuidua ſpecierum, ſicut generatio hominis, leonis, plantæ, et herbæ, et ſic de ſingulis. Quoniam generatio vnum eſſe generat mediante homine, aliud mediante leone, et ſic de priuatione ſuo modo poteſt dici, tamen generatio generaliter nihil aliud facit, quàm acquirere finem ſuum, propter quem eſt de Hyle via creationis deducta, ſic E K vel E H etc. Tali modo conditionantur in finibus ſuis. Quibus itaque principijs poſitis et conditionatis ſub angulo differentiæ et concordantiæ reperiet Artiſta quòd E F G H I K L M N O P R Q, vnam conditionem habent in S, aliam in T, aliam in V, aliam in Z et ſic de alijs. Et etiam S

vnam conditionem habet in quolibet istorum aliam cum T, & aliam cum V, & aliam cum X & aliam cum Z, & aliam cum Y. Et etiã T vnam conditionẽ habet cum S, & aliam cum V, & aliam cum X, & sic de alijs, miscendo litteras quasdam cum alijs, vt modus est datus in tabula conuersionis, cuius prima camera est S T & vltima Z Y. Et etiam potest Artista reperire aliam conditionem miscendo S T cum V & cum Z, vel V Z cum T, vel cum S vel Z T cum S, vel cum V, et sic potest Artista multiplicare conditiones litterarum quasdam cum alijs miscendo, & quantis maneriebus diuersis fit mixtio litterarũ, tantis conditionibus conditionatur Q, & ista mixtio breuiter patet in cameris, quæ sunt extra figuram S. Conditionatis & deductis dictis tabulis & cameris per angulum differentiæ & cõcordantiæ oportet de necessario quòd dictas litteras dirigat ad Q per dictam differentiam & concordantiam quod inter EFGHIKLMNO PQ, & R arboris philosophalis non fit contrarietatis angulus, quod finis cuiuslibet dictarum litterarum finis alterius

litteræ

litteræ non contrarietur, ſicut finis R arboris philoſophalis non contradicit fini E vel F &c. Quod fieri poteſt ſi Artiſta defecerit in eius adminiſtratione. Item poſt iſtam conditionem Artiſtam deducere oportet dictas litteras per triangulum rubeum conditionando quamlibet litteram ſecundum ſuam propriam rationem in dicto triangulo, & hoc mouendo intellectum vt diſcernere ſciat quod eſt proprium & primarium principium, in quo magiſterium incipi debet. Et etiam diſcernendo quis & qualis erit finis omnium principiorum in perfectione & terminatione. Etiam de medio ſecundum ſuum modum dici poteſt, ſecundum quem eius duas ſpecies ſolummodo hic Artiſtam conſiderare oportet. Nam iſta quæ orta ſunt de triangulo rubeo clarè patent in quatuor rotulis ad quatuor figuræ angulos poſitis, & alias rationes quæ de iſto triangulo fieri poſſunt dimittimus Artiſtę bene obiectanti. Deniq; verò dictis litteris ſic conditionatis per triangulum, oportet Artiſtam deducere eas per triangulũ croceũ ſecundũ quod quęlibet littera ma-

ior eſt in perfectiõe, quã alia, ſicut M, quod mai⁹ eſt quã L&L quãl &c. et ſic poteſt dici de minoritate: nã correlatiuè ſe habet. Itẽ per æqualitatẽ eas oportet deducere, ſicut E, quæ æqualis eſt F et FG & GH & HI &c. in cõſtitutiõe ſubiecti, ꝙ eſt Q & etiã k, quę ęqualiter ſe cõmuicãt õnib⁹ litteris exiſtẽtibus in iſta figura ſecundũ ſuũ modũ. Et etiã aliud quod de applicatiõe huius trianguli ad principia huius figuræ poteſt dici dimittimus Artiſtæ bene intuẽti cauſa breuitatis. Etiam Artiſtã decet applicare dictas litteras ad triangulũ nigrũ, per quã quidem applicationẽ Artiſta maxima ſecreta totius Alchymici magiſterij reperit: quoniam per cõditionẽ ipſius facit locare principia ſucceſsiuè vnum poſt aliud ſuo modo, ꝓprio loco in practica magiſterij, et hoc ſupponẽdo & affirmando aut negãdo cõditionẽ principiorũ, ſecundũ quod ſunt affirmabilia vel negabilia, ſic dicẽdo vtrũ STVXYZ tranſire poſſunt et trãſmutari in L abſentib' E F G H I k tũc ꝑ ſuppoſitionẽ demonſtratur negatiuã tenere: quoniam deficeret mediũ locale, quod eſt k s. Et etiam EFGHIK deficientibus deficeret triangulus viridis,

viridis, per quod generatio & corruptio in ipsis STVXYZ oportet fieri, vt per dictã generationẽ & corruptionẽ, & priuationẽ dicta STVXYZ transmutent in L. Est igitur impossibile secundũ cõditionẽ huius artis, & secundũ conditionẽ qua cõditionantur dicta EFGLIK in hoc magisterio eorũ absentia STVXYZ transire ad L. Et sic potes dicere de E, vtrũ possit esse ante F, & F ante G &c. in dictis STVXYZ. Et secundũ conditionem dictorũ EFG inuenit Artista affirmationẽ tenere, positã de necessitate, scilicet quòd antequã dicta STVXYZ mutentur in F, de necessitate ea oportet priùs suas formas in E alterari: quoniam si suas formas nõ priùs in E mutarent, in F trãsire minimè possent, & hoc vult conditio E. Et secundũ has affirmationẽ & negationẽ artista regulare potest suũ intellectũ in alijs affirmationibus & negationibus quę fieri possunt de cõditione principiorum huius artis, scil. vtrũ opus min⁹ possit fieri absq; M, abstracto ab STVZ. Et huic respõdetur q; nõ, quia deficeret mediũ eorum naturã sapiẽs, absentia cui⁹ x y trãsmutare nõ posset dicta STVZ in suã speciẽ. Et hoc vult diffini-

 tio

tio medij quòd Q habeat esse cõpositum de M L, & dictorum S T V Z de O X vel de O Y, vt sit Q quoddam mediũ naturam sapiens vtrorumque, taliter quòd dictum Q ratione concordantiæ quam habet cum dictis S T V Z dicta S T V Z dent sibi locũ per omnes suas partes taliter, vt in dictorum parte minima sit pars minima Q, quas partes ratione suæ subtilitatis penetrat. Et quoniam materia illa Q, quæ abstracta est à dictis S T V Z formata est per omnes suas partes, & colligata forma extranea vinculo inseperabili, & proprietate vegetabili quã à lunaria recipit, dicta S T V X Z sua forma informat, taliter quòd in minima parte dictorum S T V Z, est verè & realiter minima pars ipsius formæ, deponendo formas antiquas ipsorũ S T V Z, quę in ipsis in actu erant in potentia, per cuius vim ipsa S T V Z mutantur in X vel Y. Et secundum istum modum reperiet Artista huius artis operationis magisterium secundum omnimodam rationem per negatiuam existere & eius contrarium per affirmatiuam. Est igitur negabile quòd opus minus fieri non posit absq; M dictorum S T V Z, vt patet

patet rationibus ſupradictis, non autē eſt ſic in opere maiori. Et hoc vult conditio noſtri Mercurij vegetabilis, qui eſt mediū concordans cū quocunq; iſtorū. Et per ea quæ dicta ſunt de dictis triangulis cōſiſtit Artiſta regulatus & artificiatus in opere iſto minori & in opere maiori cōditionando iſtos triangulos in eo ſecundū ſuū modū prout cōditionati ſunt in hoc loco. Et cum dicta applicatione triangulorum ad dicta magiſteria & dictorum rationes Artiſta habituatus erit de maxima ſcientia, ad quā forſitan modici peruenerunt. Poſuimus autem dictas quæſtiones ſolummodo cauſa breuitatis, eò, quoniam iſtam artem breuiorem alijs artibus, quas fecimus, volumus facere, in quibus artibus prolixius & intenſius de ijs magiſterijs tractauimus, ſicut in Teſtamento, Codicillo, & arte Magica, in quibus figuras fecimus conſimiliter & tabulas; nam iſta ars reſpectu operis Alchymici conſiderat id quod dictæ artes conſiderant, & quoq; plus: nam hic modus datus eſt iubare clarior, quia in alijs materiam, de qua noſter Mercurius ducit ortum, minimè poſui-

mus. Hîc verò etiam vt notare ad sensum Artista valebit per primã distinctionem, & per arborẽ philosophalem æquè: nã Artista huius artis per applicationẽ, quam fecimus, dictorum quatuor triangulorum, huius artis principia notare potest, & per seipsum facere multas alias applicationes secundũ quod multimodè dicti trianguli in ista arte cõditionantur, cũ quibus applicationibus & cõmixtionibus quibusdã ab alijs differentibus, diuersas habet cognitiões, secundum quas ipsum regulare oportet in magisterio huius artis, quas nũc dimittimus causa breuitatis. Et quia ipse, per ea, quæ dicta sunt, regulari potest ad alias rationes inuestigandum.

De tabulis abstractis à figura S, quæ sunt extra.

Dicto de magisterio tabularum quæ sunt intra, & de earum significatione, cum quibus etiam Artista de figuris S magnam scientiam facere potest, dicendum est de tabulis abstractis ab illa, quæ sunt tabulæ existentes extra. Et modus dictarum tabularum quæ sunt extra, conditionatur secundum modum tabularum

quæ

quæ ſunt intra in omni ſua deſignatione, niſi quia per tabulas quæ ſunt intra doctrina datur ad Elixir cõponendum de M S T V Z, & hoc dicto M exiſtente abſtracto ab S tantùm, vel à T tantùm &c. Sed tabulę quæ ſunt extra, dant modum operandi de duobus tantùm, vel tribus, vel omnibus quatuor, & hoc eſt ad Artiſtæ beneplacitum, ſecundum quod Q ex eis voluerit cõditionare. Et etiam per eas datur modus, qualiter fit O ex X vel Y. Et omnium iſtorum vnus eſt modus per E F G H I K L M N O P R, & per R arboris philoſophalis niſi quia ſi duo volueris coniungere, ponas ea ſimul in E mediante D, & poſtea in F G H I K L M N R. Et ſi eſt X vel Y, poſtquam fuerint in M redacta, dictum M ponas in H. Et ſi fuerit M durum in H, mitte ſibi de ſanguine menſtruali, & M conuertet in O: nam reſpiciat tabulas & obiectet eas, & faciet Elixir ſecundũ quod placuerit ſibi: nã valde generaliseſt iſta ars, & plura in ſe continet particularia, quæ hîc nunc nõ dicemus, vt vitemus prolixitaté, quoniã Artiſta bene intuens per doctrinã iſtius ſcientiæ ipſa inuenire poterit.

PRACTI-

PRACTICA OPERIS MINORIS, QVAE DICITVR PRACTICA BREVIS, *vel Sermocinalis.*


Iximus de modo & doctrina figuræ S & tabularum ab ea abstractarum: nunc de doctrina, quæ habetur secundum practicam sermocinalem, reserare intendimus, quæ verè est speculum operis philosophalis minoris, per quam quidem Artista expressam habet doctrinam ac notitiam ad practicandum, & Elixir aut lapidem philosophorum componendum.

De solutione corporum.

MOdus liquefactionis est iste, & attende bene in nomine Domini nostri Iesu Christi. Recipe calcem cuiusuis corporis, & pone in vna ampulla, quę longum habeat collum, & superpone de succo lunariæ, quæ supernatet, quatuor digitis, & postea pone super cineres, & bulliat leniter per vnum diem naturalem. Et post bulli-

bullitionē pone in fimo calido vel in stupha per duos dies naturales, vt melius digeratur & materia separetur per partes subtiles à grossitate sua, trāsacto termino ampullam extrahe. Recipe aquam istam claram in vna cucurbita, & caueas ne feces turbentur, ratione inclinationis vasis, & incontinenti cooperi cucurbitam cum suo cooperculo, & pone in fimo vel in stupha sicut priùs fecisti, vase tamē bene obturato, & facta euacuatione & infunde aliā aquam similem primæ ita quòd supernatet vt suprà, & fac bullire, & pone in fimo, & istas operationes iterabis, donec corpus à suis spiritibus euacuetur, quæ cōtinetur in euacuatione figurarum & tabularū, vt hic est. Et si tibi aqua defecerit, sume cucurbitam, in qua sunt omnes liquefactiones, superpone alembicum, & distilla lento igne, scilicet per balneum, intantum quòd habeas duas partes liquefactionis, & de ista aqua ponas supra materiam corporis, quæ est in ampulla vsque ad quantitatem prædictam, scilicet quatuor digitorum, & sic reiterabis donec terra sit vacua, & probabis sic: Accipe modicum de

illa,

illa, & ſicca ad Solem: qua deſiccata, pone ſuper laminam ignitã, & ſi faciat fumum, reitera dictas operationes, donec non fumet, tamen teneas ſemper liquefactiones in loco calido & humido, quia melius ſeruantur.

Modus, qualiter terra magis ſubtiliatur.

CVm omnia iſta perfectè cõpleueris, & ſignum prædictum aſſecutus fueris, tu extrahes materiam ab ampulla cum aliquantulo de prædicta aqua, & pone in vna cucurbita, & ſuperpone alembicũ, vt deſiccetur materia: qua deſiccata, ſcias eius pondus, & eo ſcito, habeas lunariã peroptimè rectificatã in vaſe circulationis. Et de ipſa tria pondera ipſius terræ ſuperpone, & tam citò pone alembicum, & claude bene iuncturã, & cum lentiſsimo igne diſtilla, & cõpleta diſtillatione, dimitte infrigidari. Et cùm videris quòd terra fuerit bene ſicca, iterum pone aquã nouã in ſimili gradu rectificationis exiſtentem, ſecundum pondus prædictum, & omnes aquas illas quas à terra ſic extrahes, pone ad par-

tem in ampulla bene obturata. Et omnes iſtas operationes reiterabis, donec terra in puluerem ſubtiliſsimum & impalpabilem ſit reducta.

Modus exuberationis aquæ extractæ à terra, vt ſuprà dictum eſt.

OMnibus ſic peractis, recipe vas, in quo ſunt omnes liquefactiones, & ſuperpone alembicum, & diſtilla aquam per balneum, donec videas in fundo vaſis materiã ad modum terræ fuſæ vel mellis, et tunc permitte balneũ infrigidari, quo facto, mitte deſuper de illa aqua quã modò extraxiſti à terra, tantum quòd ſupereminеat quatuor digitis, et pone ad inhumandum in fimo vel ſtupha per vnum diẽ naturalem, vaſe peroptimè obturato, quo tranſacto, pone alẽbicum, et diſtilla aquã cum igne mediocri, et pone ad partẽ facta iſta diſtillatione, et vaſe infrigidato pone ſuper materiã in fundo remanentẽ ipſam aquã à terra extractã, quod ſupereminеat quatuor digitis, et pone ad inhumandũ vt ſuprà, et omnes iſtas operatiões cõtinuè re

iterabis,

iterabis, donec tota illa materia per alembicum fuerit distillata. Hæc materia dicitur argentum viuum exuberatum, vel lac virginis vocatur.

Modus reductionis istius aquæ exuberatæ aut menstrui, super corpus suum.

COMPLETA ista exuberatione, scias pondus prædicti pulueris subtilissimi, & imbibe eum cum medietate sui ponderis aquæ prædictæ exuberatæ, & pone ad inhumandum & nutriendum in calore fimi per octo dies, & in fine istorũ dierum inuenies materiã tuam nimis humidam, & superpone alembicũ, & distilla, & desicca materiam cum lentissimo igne, recipiẽdo aquam, qua desiccata cum moderamine maximo iterato, scias pondus eius, & pondere noto, repone aquã quam modò recuperasti, & de illa aqua exuberata fac complementum ad medietatem sui ponderis. Et omnes istas tales imbibitiones, inhumationes & calcinationes reitera, donec terra bibat medietatẽ de tali sua humi-

humiditate quatuor partes sui: & hoc cognosces ad tale signū, quòd si ponas modicum de ipsa super laminam ignitam, & euolauerit in fumum, factum est: sin autē, reitera imbibitiones, inhumationes & calcinationes, donec consequaris signū prædictum: quo autem consequuto, pone super cineres, & da ignem primò lentum, & paulatim fortificando, donec tota illa materia superiùs ascendat ad latera vasis, & dum sublimatum fuerit corpus exaltatum in sale mirabili, quod philosophi clamant lapidē & sulfur naturæ. Incera ipsum cum oleo lunæ, donec fluat, tunc est medicina perfecta, & proijce vnū pondus supra centum stanni, dum sal factum fuerit de Ioue, sed si sal eius factū fuerit de Saturno, proijce vnū pondus supra quinquaginta Saturni, & erit opus perfectissimum melius omni naturali. Oleum autem lunæ habet virtutem fixatiuam, & dat fixionē leuem super omnia alia facta salia S T V Z.

Modus generalis, qualiter fit oleum Lunæ, aut alterius: & primò de prima liquefactione.

Recipe vnciam vnam lunæ minutę siue limatæ vel foliatæ & calcina vt scis, qua calcinata extrahe suam humiditatem id est suum ar. viuum cum succo lunarię vt superius est dictum, qua humiditate extracta per modum liquefactionis vt supra recipe vas in quo sunt omnes liquefactiones vt supra, & superpone alēbicum & per balneum distilla totam humiditatem, ita tamen quòd materia remaneat liquida ad modum mellis despumati calidi.

De liquefactione, quæ fit cum lunaria.

Completa prima liquefactione vt dictum est, & vase frigefacto, infunde super materiam liquidam de lunaria bene rectificata ita quòd supernatet per quatuor digitos, & pone ad inhumandũ in fimo vel in stupha per vnum diem naturalem, & in crastrino extrahe, & permitte infrigidari, & quod dissolutum fuerit per modum liquefactionis accipe in alio vase: quo facto pone supra alembicum, & in balneo tepidissimo materiam desicca, qua desiccata repone aquam istam desuper & de

alia lunaria recenti rectificata da complementum, tali modo, quòd supereminneat per quatuor digitos, & pone ad inhumandum per vnum diem vt supra. Et facta inhumatione fac euacuationē tuam vt suprà & istā operationē reiterabis donec tota materia in aquam sit conuersa, qua conuersione facta, pone ad inhumandum per octo dies, quibus trāsactis, accipe vas & superpone alembicum, & inde extrahes elemēta prout sequitur: & primo per balneum igne suauissimo recipias aquam quantū per illum calorem voluerit distillare, & cessante distillatione, dimitte infrigidari, vase infrigidato pone totū id quod distillaueris super feces & obtura bene eas, & pone septē diebus sub fimo vel balneo. Et postea pone inter cineres & fac ignem de sarratura, vel pone furnellum in quo sunt duo foramina, & vno clauso distilla aerem siue oleum & custodi ad partem in ampulla peroptimè obturata, tamen si calor vnius foraminis non erit sufficiens ad hoc, aperi aliud foramen, & facta distillatiōe dimitte infrigidari, quo infrigidato aperi vas & pone illud quod distilla-

uit ad diſtillandum in balneo & diſtillabitur aqua clara & oleum remanebit in fundo, quod erit elementum aeris, et iterum illam aquam quam diſtillauit ſupra materiam in fundo remanentē, quæ erit aqua, quam per balneum recepiſti, repone & pone ad inhumandum per ſeptem dies, poſtea diſtilla per ignem tepidum, & recipe totam aquam quam per illum calorem extrahere poteris: deinde vt ſupra recipe oleum quod erit ignis, & ponas in alio vaſe primo calore ſeruato, veruntamen non putes quòd ſic debeat eſſe in calore olei ſed aquę aliquantulum ſpiſsioris primæ, & per iſtum modum operaberis donec tota humiditas ſiue ar. viuum cum aqua diſtilletur & partes ſiccę remaneāt in fundo vaſis ad modū pulueris impalpabilis, & maior pars aquæ in oleū ſit conuerſa.

Modus reductionis prædictæ humiditatis argenti viui vel menſtrui ſuper terram ſuam.

Facta

FActa ista euacuatione, tu scias pondus prædicti pulueris: quo bene perfectè noto, imbibes ipsum cũ medietate sui ponderis prædicti argenti viui ab ipso per cineres abstracti, & facta imbibitione in vase bene obturato, pone ad digerendum in fimo vel stupha per octo dies, & transactis illis octo diebus, omnia perfice sicut in alia reductione est ordinatum, nec plus nec minus, nisi quòd quælibet materia habeat suum argentum viuum.

De sublimatione quomodo sublimabis, sicut superius in alia sublimatione. Modus reductionis in aquam claram, quæ dicitur oleum.

SVblimatione completa, recipe totum illud quod sublimatum est tam ad latera vasis quàm in summitatẽ, bene & cautè, & in sua cucurbita pone, & cooperi cũ suo coopertorio & iunctura fortiter obturata, & iterum in fimo calido vel balneo Mariæ per octo dies pone. Sed si ponis in fimo, sit magna quantitas fimi, & fimũ per

quatuor in quatuor diebus renouabis Et si in fine illorum octo dierum non fuerit dissoluta, dimitte magis stare, donec materia penitus sit in aquam resoluta, & tũc dicitur oleum vel vnguentum philosophorum, & si forte erit durę resolutionis, pone modicum de sale tibi noto, bis vel ter dissoluto & congelato quod est cœlum nostrum vel lunaria quater rectificata, & cito resoluetur totum, & sic facies in omnibus tuis resolutionibus, si fuerit tibi necesse, & sic habebis opus perfectum si bene intellexeris practicam, quę multum est tibi necessaria in hoc.

De modo incerationis salis vel sulfuris prædicti cum oleo antedicto.

ACcipe prædictum sal cuiusuis metalli, totum vel aliquam quantitatem ipsius, & pone in crucibulo, & super cineres calidos situa ipsum, & dum fuerit aliquantulum calidum pone de dicto oleo guttando guttam post guttam, donec sit in spissitudine mellis frigidi, & tunc remoue ab igne, & dum erit frigidum, ac-

cipias de massa illa modicum, & proba ad flammam candelæ, si leniter funditur, factum est: sin autẽ, reitera incerationem, vt priùs, donec lenissimè fluat ante Mercurij viui fugam. Nam & istam incerationẽ facere poteris cum quinta essentia auri & argenti, & agere per omnia, vt in dicta inceratione: nam hoc oleum prædictum dicitur oleum incombustibile. Practica & labora, & inuenies perfectionem sine falso. Et sic completa est practica Sermocinalis. Deo gratias.

De tabulis abstractis ab arbore philosophali & à figura indiuiduorum.

DIctum est de magisterio figuræ S, & tabularum ab ea abstractarũ, et de practica Sermocinali, vbi satis declarauimus modum operationis secundũ earum doctrinam. Nunc interest, vt ordinemus de tabulis abstractis ab arbore philosophali, et à figura indiuiduorum. Et primò de modo designato in prima tabula, qualiter noster Mercurius extrahitur ab istis litteris, scilicet B H K figurę indiuiduorũ,

De prima tabula abstracta ab arbore, & figura indiuiduorum.

EST enim modus BK vnus in magisterio extractionis. Et modus est, vt ponas B K in O arboris philosophalis; & facias deinceps secundum magisterium primæ distinctionis in secunda parte, in capitulo, nõ reputes.§. Accipias &c.per totum. Quo magisterio completo RSTV arboris philosophalis descendunt ad ima simul: noster autem sanguis menstrualis desuper manet, & hoc significant primę & secundę cameræ sic per lineam rectam discurrendo scilicet incipiendo camera à B D vsque ad cameram B V & à camera K O vsque ad cameram K V sed in cameris quæ sunt in medio est altera doctrina, per quam aliter Artista regulare se debet in magisterio & operatione extractionis nostri Mercurij ab H figuræ indiuiduorum: nam prima camera significat quòd noster Mercurius est in potentia in H & adhoc vt ipsum extrahere possimus Artista dictum S ponere oportet in E in

furno

furno vitreatorum tribus diebus naturalibus, & sit multa quantitas, quoniã parua quantitas efficitur, et est ad modũ lapidis duri, quod H moles subtiliter, et ipsum ponas in G F vel H arboris philosophalis, in marmore, in loco frigidissimo, et cooperias propter puluerem, et H conuertetur in T quòd distilletur per filtrum in vase vitreo, et postquam Artista habuerit T ex H sic paratum nostrũ Mercurium ex dicto I dupliciter extrahere potest: primò per magisterium dicti capituli, Non reputes, in §. Accipias &c. per totũ: secundario per magisteriũ capituli, Non pretermittã in prælibata distinctione, in eadem parte.

De tabula secunda abstracta, vt suprà.

MOdò dicendum est de secunda tabula quæ est subiectũ designãs Artistæ modũ, secundum quẽ dictũ D extrahere potest ab CDEFGI. Et modus est, vt cõtinetur in capitulo, Non prætermittã, scilicet vt à dictis CDEFGI separentur elementa. Et quòd ex eorum RSTV accipiatur solùm R. Et deinde prosequatur magisterium in R sicut in B K, per capitu-

 lum,

lum, Non reputes. Et sic habebis Mercurium nostrum in summa exaltatione paratum. Et significāt omnes cameræ directè & transuersaliter vsq; ad cameram D (C) GFI. Et ista camera D(C)GFI significat mixtionē D(C) Et in ista camera D habet duplex significatum, quoniā significat D de B vel k, & D de C vel de D, vel de E. Et sic de alijs litteris figuræ indiuiduorum. Item I istius cameræ duplex habet significatum: nam ipsum significat æqualitatē secundum doctrinā artis generalis, & significat suum proprium significatum, prout accipitur in arbore philosophali. Et prout æqualitatem significat, habet Artista cognoscere & intelligere G quod fieri habet dē B K H & D de C D E F G I, quod G fieri habet in magisterio secundū æqualitatem ponderis. Deinde dictis D D sic in G æqualiter positis, in K figuræ S quod est vas vitreum ad hoc aptum cōditionare habet (c) in dictorum G secundū pondus declaratum suprà in arbore philosophali. Et sic per ꝓcessum prosequendo secundum dictæ practicæ doctrinam, quousque deueniat ad M, & hoc ortum dum

dum fuerit, fiat altera mixtio DD per con ditionem de I artis generalis iam factam. Deinde M ponatur in G eorum iuxta pondus designatum in dicta practica arboris philosophalis, et deinceps in practica huius particularis per omnia procedere sicut in dicta practica dictæ arboris & sic M transiet in Q, quod Q potest suã speciem multiplicare in substantijs quæ sunt extra bis quinq; numero millibus: valde est magnum magisterium huius tabulæ, quoniam per ipsum Artista facere potest miracula super terram.

De practica tertiæ tabulæ.

MOdus namq; practicandi per magisterium huius tabulæ est iste, vt habeas D de B vel de K, & de V & de S de quauis litterarum istarum scilicet C D E F G I, vel D de H extractum per magisterium capituli, Non prætermittam. Quibus itaque habitis & paratis, oportet Artistam obiectare dictam tabulam, & abstrahere significata camerarum, nam priùs oportet Artistam obiectare primam cameram, & secundum eius conditionem se regu-

regulare in principio operis particularis huius tabulæ: nam prima camera quæ eſt de C B D cum puncto pallido, ſignificat quòd Artiſta habet ponere (C) in G cum D de B, vel de K vel de H per magiſteriũ capituli, Non reputes, §. Accipias. Et D quodlibet iſtorum poſito in G cum (C) ſignificat quòd G dictorum habet fieri ſecundum doctrinam G de D (C) arboris philoſophalis, & H in K, quod K obſtruere Artiſtam fortiſsimè oportet, ne forte D à manibus & viſceribus dicti K effugiat. Et etiam in balneo ponere & ſine intermiſsione coquere per dies ſupra iſtam cameram conſignatos. Deinde ipſum K aperiat, & intùs cum (C) D ponens de S quarumlibet aliarum litterarum & claudere ſeu obſtruere fortiter oportebit vt priùs, & D de S oportebit eſſe tantũ in quantitate in G dictorũ D (C) ſicut ſecunda pars de D, & iterum decoquat per dies alios tantos ſicut priùs, et hoc ſignificant cameræ omnes quæ ſequuntur vſque ad cameram DSI(C) D B: finitis namque dictis diebus decoctionis ſucceſsiuè et ſine intermiſsione per alios

tantos

tantos dies ſicut prius aperire oportebit K et de D de R quarumlibet litterarum bis tantum ponere in G D(C) D de B vel de K vel de H conditionatum vt dictum eſt quantum fuit D de B ibi poſitum et obſtruere fortiter K, et decoquere ſine intermiſsione vſque ad alios quindecim dies, hoc Artiſtæ ſignificant omnes cameræ ſequentes immediatè primas à camera R O(C) C D B, vſq; ad cameram R S F(C) D B quoniam non ſunt poſitę niſi vt deſignent diuerſam mixtionem in hac arte: ſed diuerſitatem hanc cognoſcere poteſt Artiſta in qualibet camerarum ponendo angulum differentiæ et ſecundum modum quo dictus angulus in dictis cameris conditionatur indicare poteſt de mixtionibus. Completo igitur dicto magiſterio de G, vt oſtenſum eſt, omnes dictæ litteræ poſitę in G, tranſmutari incipiunt in M, & hoc deſignat quælibet camerarũ inferiorum ſecundum ſuum modum differentem, prout conditio ſubiectorum, ex quibus eſt D, abſtractum eſt differens ab alio, nã quælibet iſtarum camerarũ poſitarum in hac tabula à camera (C) D B vſq;

ad

ad cameram R S I (C) D B M significant suam operationem, differētem secundum differentiam subiectorum, ex quibus oritur D, & hoc stat ad Artistę placitum. Circiter hæc omnia regulare se habet Artista per K arboris vsquequo litteræ quarumlibet dictarum camerarum transmutentur in M, quod erit virtuosius omni alio M huius artis: nam potens est speciem suam in substantijs extra multiplicare ter decem millibus sui ponderis. Et cum M huius tabulæ Artista remedia nonnulla exhibere poterit, quibuscunque infirmitatibus prouenientibus ex humorū corruptione quantumcunque sint graues, nisi infirmus fuerit in vltimo termino sibi à supremo ente constituto.

Declaratio de indiuiduis.

IAm diximus de declaratiōe & practica arboris philosophalis & figuræ de S & eorum tabulis, & artificialiter significauimus cōbinare principia huius artis quædam cum alijs, vt Artista huius artis clarè hoc magisterium comprehendere pos-

sit,

ſit, vt ſecundum principiorum declarationes & figurarum & tabularum practicas indicia faciat ad particulare quęſitum affirmando aut negando, prout datus eſt modus ſuperius taliter, vt declaratio principiorũ, & principia ſint illæſa: ita, quòd ſi declarationes principiorum, & principia ipſa magis conueniant cum affirmatione, quod ſecundum affirmatiuam conditionetur proceſſus huius artis. Et ſi magis cum negatiua proſequatur, ſecundum negatiuam. Etiam nunc indiuiduorum figuram in hac arte declarabimus, quoniam per declarationem, quam de ipſa faciemus, Artiſta intelligere poterit multa ſecreta huius, & quoniam ipſam in alijs artibus non deſignauimus.

Figura in-

Figura indiMuiduorum.

B	C
Principium magis propinquum	Aequaliter propinquum
Vinum rubeum	Mel nouum
D	E
Aequaliter propinquum	Medium æqualiter
Chelidonia	Flos roris marini
F	G
Minus propinquum	Minus propinquum
Mercurialis	Lilium rubeum

H	I
Magis propinquum	Aequaliter propinquum
Tartarum	Sanguis humanus
K	
Magis propinquum	
Vinum album	

Tabula

Tabula prima indiuiduorum.

b d	b c	b r	b s	b t	b u
h d	h e	h r	h s	h t	h u
ko d	k r	k s	k t	k u	

Tabula secunda indiuiduorum.

cr	c s	c t	c u	c y	d
d r	d s	d t	d u	d y	d
e r	e s	e t	e u	e y	d
f r	f s	f t	f u	f y	d
g r	g s	g t	g u	g y	d
i r	i s	i t	i u	i y	d
d (c)	g f	i d	l d	md. n	d q

Hic fiat mixtio indiuiduorum.	p l p	k i	g h f
mixtio de d & de bkh, & de de efg i, secundum æquale pondus.	d.(.)d	drs cũ lunaria	l k i

T De illis

De illis, ex quibus noster Mercurius elicitur.

EST tandem hoc aliud ex secretis naturæ, vt Artista cognoscat & reueram habeat notitiam de indiuiduis, in quibus noster Mercurius repertus est propinquissimè: quare sciant omnes huius artis filij, in omni elemẽtata re nostrũ Mercurium equidẽ reperiri, tamen est in aliquibus tam lõge, ꝙ vita hominis anticiparet, antequã Artista ipsum, vt decet, paratũ abstrahere posit: quare in ista figura reuelamus illa, quæ ipsum propinquissimè possident, vt Artista huius artis super omnes alios Artistas sit sciẽs & philosophans, & quasi miracula in opere Alchymico condat, vt ens primum intelligi, recoli, & amari possit, & ars generalis finẽ consequatur, propter quem deducta est in hac via, quoniã hic est finis primarius & intentio, quare istam artem viris Euaugelicis reuelamus. At verò indiuidua sunt illa B C D E F G H I K, vt in figura patet, à quibus Artista in tẽpore modico, & loco expedienti Mercurium

curium noſtrum extrahere poteſt, vt finẽ cõſequatur totius huius magiſterij. Equidem nouerit Artiſta plures ſcientes noſtrum Mercurium vegetabilẽ in omni re elementata conſiſtere, & hac de cauſa volebãt ipſum à lapidibus, à paleis ſiliginis, & à floribus, & à lignis abſtrahere, & antè vita eorum corrumpebatur, quàm ipſum in actum deducerent. Reuera aliqui cum propinquiſsimis indiuiduis operati fuerunt, & ignorarunt principia huius artis & magiſterium extractionis eius, ſicut ad opus cõpetit noſtri particularis: quapropter artem Alchymiæ belbezare dixerunt: nam verò DEFG capiebant, & de ſuccis earum per balnei & fimi magiſterium noſtrũ Mercurium in colore, pondere, quãtitate & qualitate, ſicut eſt vulgi mercurius, ducebant, quare arbitrabantur ſe grande ſecretum valde reperiſſe: poſtea ſublimabant ipſum cum corroſiuis, & ducebant ipſius naturam in corruptionẽ, & finis priuationem, quare nõ finẽ magiſterij aſſequebantur: ſed ſi tu Mercuriũ noſtrum in tali ſpecie cõuerſum vel Mercurium vulgi acceperis, & ipſum ſine aliquo

materiali in aquam reduxeris, quod fieri potest cum phlegmate medij, si aer eius sibi dederis infra vas, & septies per balneum distillaueris, habebis lumen Perlarum, quod est pars eorũ heterogenea, quæ verò non est de cõditione nostri lapidis. Est ergo cautela maxima, vt Artista huius artis Mercurium indiuiduorũ in talem speciem minimè cõuertat: quòd si egerit cõtrarium huius, ad malum est. Et laborem quoniam sequetur priuatio finis primarij defectu finis secundarij: quare dico tibi Artistæ cuiusuis sis conditionis, hoc magisteriũ operanti, vt ipsum ab indiuiduis abstrahas penes huius voluminis magisterium, & finis priuatio nequaquam sequetur: nam equidem sunt aliqua indiuidua, in quibus noster Mercurius liberum aliqualiter habet actum. In vno verò indiuiduo dictus Mercurius vnã habet operationẽ liberã solummodò, & in alio duas: & hoc Artistã scire oportet, vt potius certificet cũ veritate istius artis: nã H est indiuiduũ, in quo noster Mercurius vnã solummodò habet operationem liberã ipso in H existente, vt patet in operatiõe aurifrabrica

ca ſcil. in eius dealbatione, ſicut ſi in Z eſt aliquid modicum de Y: ſi Z ponatur in dicto K & viſceribus Z. & eius demõſtrationem ſenſualem ad ſuperficiem educit. Et in hoc reuelatur vinculum concordantiæ inter Y & noſtrum Mercurium. Et quod fortius eſt, ſi acceperis de H, & intus ponas K, & ibi extinxeris Z, contrahitur ad quandam albedinẽ. Et ego vidi Z prædictis extinctionibus ita albũ, quòd erat mirum, ſed illa albedo non erat permanens, quia defecit ſibi ſubiectum ſpirituale fixum. Eſt etiam alia operatio, quam faciũt ij qui ferrũ perſimilare appetunt: nã in G dictorum K extinguunt illud vicibus quàm plurimis, & cõtrahitur ad mollitiem quandam, quod perſimilatẽ ſicut foret X vel Y. Eſt autem V valde ſiccum & remotum à Mercurio plus quàm S T X Y Z, et omnis ſiccitas eſt de ratione vacuitatis, quare V in ſuam vacuitatem recipit Mercurium noſtrum, qui eſt valde humidus: quare ratiõe humiditatis ipſius V contrahitur ad dictam mollitiem. C verò eſt alterum, in quo exiſtente noſtrũ D, duas operationes habet euidenter liberas:

Nam prima est quòd si in ipso Artista posuerit carnes vel pisces, fructus, folia, panem &c. dictū D in speciem sub qua est realiter couertit quod est signum euidens ac mirabile potentiæ vegetabilis, ratione cuius potentiæ transmutari habent substantiæ in alias. Cognoscat igitur Artista quòd ipso abstracto & denudato à forma C & alia formato forma quid operari potest. Est & alia ipsius operatio euidēs, quo niā si cum C super porphyriū Solē aut lunā fortiter contrita fuerint quodlibet reducit ad modù amalgamę, quo in panno posito Mercuriū ab eis realiter abstrahet. Ratio est quoniā Mercurius existens in X vel Y se mouet ad Mercurium existentem in C. Et Mercurius existens in C mouet ad Mercuriū existentem in X vel Y, & colligantur in angulo concordantiæ, ita quòd in X vel Y multiplicatur D nostrū, quare Mercurius existens in X vel Y, resistere non potest, vt eius nexu soluuntur, & dicta XY deducuntur ad amalgamę speciem, hoc autem vult diffinitio cōcordantiæ et finis. Et etiā in alijs indiuiduis consignare possent operationes nostri D, quas

quas dimittimus cauſa breuitatis, quoniã hæc, quæ dicta ſunt, ſufficiunt ad Artiſtæ declarationem. Sed finis totius magiſterij huius eſt, vt noſter MERCURIUS ſit in ſphæra cœlica poſitus, aliter ARTISTA iſta arte nõ poſſet bene vti, ſed miratur noſter intellectus, quòd noſter Mercurius loco ſupercœleſti poſitus, non retinet colorem, pondus, quantitatem & qualitatem, cùm omnia iſta ſint de natura ipſius. Sed deſcendit ad ſenſum, qui virtute viſiua videt, quòd elementũ ignis eſt in elementatis cum ſuo colore, leuitate & luciditate, tamen videt, quòd res eſt illa, in qua eſt põdus, quod eſt cõtra leuitatẽ, & eſt frigida cõtra caliditatẽ, & eſt obſcura cõtra luciditatem, & etiã amara cõtra dulcedinem eius. Ratio huius eſt, quoniã ibi exiſtit remiſſo modo cõfractus, & poſitus ſub altera forma, quæ eſt rei ſeu indiuidui, cuius eſt. Item etiã miratur intellectus, quòd noſter MERCURIUS ſic habet dulcedinem, figurã ſuam in cœlico cœlo, quare mixta in ipſo & alia eius accidentia actu nõ exiſtũt, ſed deſcẽdit ad ſenſum, qui virtute viſibili ſentit & videt, quod in ſpeciebus elementatorũ diuerſificantur ope-

rationes elementorum ibi existentiũ ipsis retinentibus in vno elementato operationem vnius accidentis, & in alio alteram, sicut patet in aloe, in quo aer est prędominans, & tamen saporem habet amarũ connans, & tamen saporem habet amarũ contra suam naturam. Et est nigrum contra diaphaneitatem, & est leue: quæ quidem leuitas est de ratione vacuitatis, quod est contra aerem, qui impletiuus solùm accidentaliter diaphaneitatẽ habet, & in aqua fontiũ dulcedinẽ diaphaneitatẽ & humiditatem, & impletionẽ. Per ea, quę dicta sunt in ista figura, intellectus Artistæ regulatus consistit ad faciendum scientiam in practica huius artis &c.

De commixtione principiorum huius artis.

DIximus de figura indiuiduorum, & etiam explanatione, cum qua Artista huius artis consistere potest habituatus de eis quæ necessaria sunt in opere Alchymico, & per quam notitiam habet de indiuiduis & speciebus, in quibus noster Mercurius existit propinquus. Et etiam declaratur ibi, qualiter in omnibus istis vnus

vnus & idem eſt, vt patet per tranſuerſalitatem litterarum in figura exiſtentium. Nunc de mixtione principiorum huius artis per figuras tres deſignabimus, à quibus Artiſta inde multa particularia haurire poteſt, quæ applicare poteſt ad practicam huius artis, quarum prima eſt de mixtione principiorum arboris philoſophalis tantùm. Secunda de mixtione principiorum cum principijs philoſophiæ. Tertia de mixtione principiorum figuræ S.

De prima figura, quæ eſt de mixtione principiorum arboris philoſophalis tantùm.

COnditio huius figuræ eſt, quòd in qualibet camerarũ ponatur ſecunda figura artis generalis cũ quolibet quartura triangulorũ, & cõditiones quas Artiſta habet per triangulorũ conditiones, quis enarrare poſſet? ſicut conditiones quas haurit à prima camera, per quas intelligit multipliciter formam differre in arte iſta, ſcilicet forma quæ eſt homo, qui eſt tanquam inſtrumentum, cum quo natura generat particulare noſtrum, vt patet

in locatione principiorum huius artis & applicatione eorum, ex qua facit ad processum practicabilem. Et forma, quæ est cœlum, quę est principium generans, nutriens & crescere faciens, & elementa mouens ad generationem particularē, sicut cœlum maius, vt patet in eius declaratione. Et etiam forma formans particulare quęsitum, quam per formam vegetabilem sibi nexu indissolubili cōiunctam & ligatam multiplicare facit in substantijs ad extra: & sic de cæteris formis quàm plurimis, quæ absconsæ sunt in processu artis, quas Artista cognoscere potest per effectus, quos faciunt in particularis generatiōe, sicut cōiunctio, mensuratio, locatio partiū, habituatio &c. quas Artista cognoscit per operationes diuersas, quas in processu huius artis faciunt, ponendo in dicta camera T à qualibet secundum triangulorum cōditionem, hauriendo id quod significant, sicut forma quæ est homo, est principium, medium & finis sua propria ratione, & sic de alijs formis iudicare poterit Artista secundū modum, respiciendo conditionem & naturam quarumlibet

forma-

formarum, quam habet in ingressu particularis, & sic de triangulo croceo, quod in hac camera significat hominē esse maiorē formā & principalē, & forma quæ est D æqualem. Aliæ verò formę sunt minores istis. Et etiā in hac camera triangulū croceum cum viridi miscendo haurit Artista conditionem, secundum quā intelligit inter omnes istas formas esse necessariò maioritatē cōcordantię absq; cōtrarietate, inæqualitate finis vltimati. Itē etiā in ista camera triangulū nigrum ponendo haurit Artista multas cōditiones, supponēdo, affirmādo & negando conditionē istius camerę, in ꝓcessu huius artis dicēdo, vtrū Artista huius artis practicare poterit aliqua istarum formarū principaliū deficiente. Qua quęstiōe posita in prima specie regulę B inuenit Artista secundū naturā dictarū formarū tenere negatiuā, quoniā si forma defecerit, causa dirigens huius artis principia deficeret, cuius priuatione principia intellectualia nō possent moueri, quoniam deficeret motus in sensualibus principijs: per quorū quidem motū M vel Q de potentia in actu habent deduci. Item deficiente

ciente etiam D, deficeret causa regens, gubernans, generans ad elementa tria se mouens, cuius absentia sequeretur priuatio istorum actuum ratione cuius M vel Q generari nutriri & crescere non posset. Et etiam quoniam in opere quorumlibet istorum deficeret principium substantiale, quæ necessario dicitur pars substantialis dictorum M vel Q. Item etiam si forma altera deficeret, elementa deficerent & D inseipso esset ociosum & etiam sibi deficeret materia quam mouere habebat ad M vel ad Q per viam generationis: & sic non posset esse generatio & operatio in magisterio huius artis: etiam sequeretur quòd D posset in Q absque materia, quod est imposibile & absurdum dicere secundum conditionem huius artis. Demõstratur ergo secũdum dictas rationes processus artis per negatiuam consistere, & etiam demonstratur dictas tres formas necessarias in magisterio particularis quæsiti, quorum priuatione imposibile est M vel Q in esse deduci: & intelligit Artista fore imposibile absque istis M vel Q in esse deduci secundum conditionem
huius

huius artis, ſicut ſuppoſita elementa abſentia intelligentiæ orbis & elementorum. & ſicut diximus de hac camera, dicere poteris de alijs cameris huius figuræ, reſpiciendo declarationem quorumlibet principiorum, ponendo in medio figurã ſecundam artis generalis: & hic plus de hac figura non dicemus cauſa breuitatis, quoniam longum eſſet dicere conditionem camerarum omnium, & deducere per triangulos & ſpecies eorum, ſed per ea quæ de iſta camera dicta ſunt de alijs cameris Artiſta intelligere poteſt ſecundum ſuum modum, quem tibi explicare dimittimus.

De ſecunda figura, quæ eſt de mixtione principiorum huius arboris cum principijs philoſophiæ.

ET etiam iſta figura conditionatur ſicut prima ſcilicet quod in qualibet camerarum ponatur ſecunda figura artis generalis & à dictis cameris hauriat conditiones

ditiones ſecundum quod in dictarum ingreſſu dicta figura extrahatur, ſicut camera forma intelligitur in qua inuenit Artiſta, quòd dicta camera conditionatur, ſicut conditionatur camera forma figuræ præcedentis, & aſſerit id eſſe verum quod in declaratione formæ deſignauimus. Item de camera, materia intellectiua, quæ conditionatur ſicut in declaratione materiæ arboris philoſophalis diximus, vbi declarauimus declarationem huius cameræ & declarationem omnium camerarum, quæ ſunt per lineam rectam à camera forma intellectiua, vſque ad cameram venenum intellectiua. Quęre in declaratione principiorum arboris philoſophalis: quia ibi ſatis planè explicauimus ea quæ de iſtis cameris dici poſſunt. Et modus eſt iſte ſi vis quærere declarationem primæ cameræ huius figuræ vel ſecundæ vel tertiæ, incipias in declaratione primi vel ſecundi vel tertij principiorum, & ſecundum quod tibi dictum eſt ibi iudicabis in conditione huius cameræ. Item de camera motus forma, potes dicere quòd motus eſt principium

principium quoddam vniuersale existens in principijs istius artis,per quod omnia sunt principia mota ad quod sicut forma, quæ est mota per omnia principia, faciens ipsa principia esse formabilia,sic motus est forma faciens per formam omnia principia esse mota. Et sic omnia ista principia sunt ad inuicem commixta,combinata,& ad inuicem formata vno in esse habente aliorum similitudinem, & taliter quòd nulla est principij pars quæ in se similitudinem aliarum partium omnium aliorum principiorum non habeat,quolibet ingrediente in altero cum ommi proprietate & virtute.veritas huius quod dicimus consistit à camera motus forma, vsque ad cameram alteratio venenum. Item etiam à cameris principiorum duplicatorum habet notare Artista quatenus principia ista duplicata sunt, vt per illam duplicationem diuersimodè notitiam habeat de illo principio ponendo in qualibet camerarum angulos differentiæ & concordantiæ, sicut sunt cameræ forma forma, materia materia, ele

menta

menta elementa:& ſic de alijs cameris du
plicatis. Et de hoc quęrat Artiſta in eorũ
declaratione, ſi camera eſt forma forma,
& ſi vult quęrere conditionem huius ca-
meræ quęrat declarationem formæ: et ſi
eſt materia materia, quęrat declarationem
materiæ, et ſic de alijs. et cum iſta declara-
tione ſeu conditione Artiſta ſe regulare
poteſt ad cognitionem huius figuræ ha-
bendam. Item etiam in iſta figura oportet
Artiſtam miſcere alios tres angulos, vt re-
gulet ſe in qualibet camerarum, vt perfe-
ctam poſsit habere ſcientiam in lapidis
philoſophorum compoſitione ſecundum
conditiones camerarum et angulorum, ſi-
cut ſi in qualibet camerarum ponatur an-
gulus maioritatis, inueniet Artiſta quo-
modo quædam principia ſunt maiora
quã alia, ſicut forma et materia, quæ ſunt
principia ſubſtãtialia, ſunt maiora quàm
alia principia accidentalia, ſicut colores,
aleratio, digeſtio etc. Et veritas huius
quod dicimus demonſtratur in M vel Q,
in quorum partibus ſubſtantialibus plus
capitur et humano intellectui repręſenta-
tur de ſignificatione et ſimilitudine im-
menſi-

mensitatis, quàm in partibus accidentalibus. Item demonstrat etiam iste angulus, quòd quodlibet principiorũm sub suo proprio fine maius existit, quàm aliud in illo fine. sicut natura quę maius principium existit in naturare, quàm forma, habitus &c. Et motus maius principium existit in ratione mouere, quàm natura: & sic de minoritate ratione, qua omnia principia existunt minora in aliquo fine, qui est proprietas ꝓpria alicuius alterius principji. Item ponat Artista angulum æqualitatis in qualibet camerarum, & inueniet quòd omnia ista principia sunt æqualia secundum suum modum, in quantum æqualiter constituunt M vel Q ipsis principijs habituãtibus dicta M vel Q de suis proprijs finibus, de quibus M vel Q agũt instrumenta, cum quibus extendunt suas similitudines in substantijs quæ sunt extra. Item etiam oportet Artistam ponere angulum principij per omnes cameras, & secundum conditionem, qua dictus angulus ingreditur in omni ista figura, inueniet quòd cœlum, forma, elementa prius habent esse in compositione M vel Q quã

alia principia cùm iſta de neceſſario habeant eſſe priora: alia verò poſteriora inquantum abſque iſtorum coniunctione in arte iſta M vel Q. Et omnia alia principia nihil eſſent, quoniam deficeret ſubiectum generale, ſubſtantiale, ſine quo ſtare non poſſunt. Concluditur ergo quòd dicta principia priora habent eſſe in dicta compoſitione, & hoc vt dicta principia poſſunt eſſe fons, vnde in arte iſta dicta principia ſint orta & in compoſitione cuſtodita & fortificata. Item etiam habet intelligere Artiſta quòd quodlibet principiorum retinet prioritatem ſecundum ſuum finem proprium, quare eſt ſicut forma cuius eſt informare elementa, quàm materia & cætera principia, & colores, cuius prius eſt colorare quàm omnia alia principia. Et ſicut diximus de iſtis, ita Artiſta intelligere poteſt de omnibus alijs reſpiciendo concreta eſſentialia cuiuſlibet principij, in quibus quodlibet principiorum de neceſſario prius habet eſſe quàm in aliorum finibus. Item ſecundum conditionem medij & camerarum mixtarum
cum

cum ipso, inuenit Artista quòd quodlibet est medium, per quod vnum transit ad aliud induendo aliud principium de sua similitudine, vnde ex influentia omnium oritur lapis philosophorum, qui existit in medio omnium, qui quidem est medium naturale, in quo omnia principia sunt sustentata, & ipse lapis philosophorum est coniunctus de omnibus principijs, & omnia alia principia sunt coniuncta in illo, & ipse lapis per omnia illa, & omnia illa sunt per ipsum. Itẽ etiam secundum finis conditionem & omnium camerarũ inuenit Artista, qualiter quodlibet principiorum sub finis ratiõe est cõditionatũ & hoc tripliciter: primò secundum ꝑpter quem sunt: secundò ꝑpter finẽ quare sunt: tertiò secundũ finẽ existentẽ in quolibet principiorũ: nã primus finis est intellectiua, quæ in arte ista significat hominẽ, sub quo omnia alia principia quiescunt. Itẽ alius finis est lapis philosophorum, in quo quiescunt omnia alia principia constituendo ipsum & cõponendo de seipsis, qui quidẽ lapis agit sub illorum ratione quolibet istorum remanente hoc

quod eſt ſub propria ratione. Item etiam alius finis eſt exiſtens in quolibet iſtorũ principiorum, ſicut naturæ finis eſt naturantis et naturabilis digerere, qui eſt finis digerentis & digeſtibilis, & ſic de alijs ſumendo dici poteſt. Item etiam oportet artiſtam in qualibet huius figuræ camerarum ponere triangulum nigrum, vt ſecundum dubitationem affirmationem et negationem ſcientiam in hac arte facere poſſet. Et de hoc vnam rationem faciemus in exemplum, vt per illam regulet ſe Artiſta de alijs quæ fieri poſſunt ſecundum conditionem huius artis, ſicut cùm quæritur, vtrum abſque motu principia huius figuræ quædam per alia tranſire poſſunt ad M vel Z? vnde ſecundum conditionem principiorum huius artis inueniet Artiſta negatiuam eſſe naturam: nam motus in hac arte eſt vnum principium generale, ſub cuius ratione omnia alia principia ſe mouent ad ſuas operationes proprias, ſicut ipſe motus per ſeipſum ſe mouet cum aliorum proprietatibus, & ſic eſt motus vt eſſe valeant omnia alia principia, et quædam per alia ſe moueant

ueant

ueant ſecundum ſuam propriam rationem,& cùm etiam concordantiam habent ſecundum ea quæ ſunt per lineam rectam. Quarum prima eſt motus forma, vltima motus venenum, ſecundum quarum conditionem ſignificatur quòd motus eſt de ſe eſſentialiter hoc quod eſt vt per ſuam naturam omnia alia principia, quæ ſunt partes M vel Q, ſint mobiles & mouentes,& quòd M vel Q,ſub ratione illorum poſſunt eſſe mota & mouentia in ſeipſis & extra ſeipſa. Nam et concreta eſſentialia ipſius motus ſunt accidentia in alijs principijs,vt poſsint eſſe mobilia et mota. Et hoc etiam ſecundum modum, quòd principia quædam habent eſſe in alijs quolibet principio exiſtente moto et mouente in quolibet aliorum, ratione cuius eſt motus ſuſtentatus in M vel in Q, et partium ſuarum quæ ſunt alia principia in M vel in Q exiſtentia. Item etiam quoniam motus eſt cum ſuis partibus eſſentialibus id eſt cum cæteris prin cipijs quæ ſunt partes M vel Q,quæ cum

 motu

motu habent dispositionem in suis operationibus, sicut motus, qui habet dispositionem illorum, quem quidem sic refert esse motum cum intellectiua forma, materia, cœlo, sine quibus in hac arte esse non potest, sicut omnia alia principia absque motu existere non valent, ipsis quidem principijs existentibus mouentibus & motis. Et hoc esse non posset si affirmatiua esset vera. Et quoniam etiam sequeretur quòd principia substantialia possent esse in M vel in Q, per generationem, alterationem &c. absque motu: quod imposibile est & absurdum dicere. Concluditur ergo negatiuam antedictæ conditionis esse veram.

Hactenus Artista omnia alia principia conditionare potest secundum modum, quem diximus de motu, respiciendo conditionem & naturam cuiuslibet, inuestigando eorum proprietates & naturas cum rationibus dictorum quatuor triangulorum, secundum quod quædam conditionantur in alijs: cum quibus quidem conditionibus Ar-

tista

tista huius artis scientiam facere potest in compositione & magisterio lapidis philosophorum, quod sibi inuestigare dimittimus causa breuitatis &c.

De tertia figura, quæ est de mixtione principiorum figuræ S.

ET conditio huius figuræ est sicut aliarum cõditiones, scilicet quòd in qualibet camera eius ponatur secunda figura artis generalis, & quòd ipsas cameras deducat secundum suum modum per dictos triangulos & eorum species, secundum quod deduximus aliquas cameras duarũ figurarum designatarum, supradictas deductiones figurarum principijs huius figuræ applicando, secundũ quod in dicta applicatiõe dicta principia secundum eorum naturas ingredi possunt, & cum dicta applicatione & declaratione dictorum principiorum & tabularum figuræ S Artista huius artis de magisterio huius figuræ scientiam facere potest.

Diximus de modo mixtionis principiorum huius artis per figuras huius artis tres, ſecundum quarum conditiones totum magiſterium luceſcit, & regulas generales dedimus in aliquibus earum camerarum, ſecundum quas quædam principia in alijs cõditionantur: cum quo quidem commixtionis modo & camerarum aliquarum declarationibus Artiſta ſe poteſt regulare in lapidis philoſophorũ magiſterio maioris & minoris, & ideo datæ ſunt explanationes omnium principiorum, vt ſecundum ea quæ dicta ſunt, fiant iudicia in eius practica. Nunc etiam dare doctrinã proponimus, quòd quæſtiones quas vni principio applicabimus, & ſecundum deductionẽ, quam faciemus de ipſo, intelligere poteſt de aliorum deductionibus. Et etiam edicere doctrinã proponimus per quæſtiões, qualiter de Mercurio vulgi Artiſta lunam facere poſsit in tẽpore modico, vt per ipſum maius, quod quæritur, inueniatur.

QVAESTIONARIVS FIGURÆ abstractæ ab arbore philosophali.

IN ista parte intendimus soluere quæstiones, quæ fieri possunt in arte ista. Et dabimus doctrinam, quomodo Artista huius artis soluere poterit eas artificialiter per figurarum cameras, & earũ significata principijs huius artis applicando principia artis generalis, & regulas, secundum quod littera significabit faciẽdo cameram de duabus litteris, aut de tribus, vt apparet in figuris, & hoc ad placitum secundum quod melius solutionem quæstionis significabunt.

Prima quæstio.

VTrum Alchymia sit ens reale? Solutio. CDE huius quęstionis ad solutionẽ applicare debemus principia huius artis per litterarum significata, & principia artis generalis, & regulas quæ magis solutioni videntur conuenire: nam finis Alchymiæ est aurificare & vegetare, seu

transſmutare, vel argentificare & vegetare, per quod verè demonſtratur, quòd ſubiectum Alchymiæ habet eſſe compoſitum ex auro & argento, & Mercurio vegetabili: hoc autē vult diffinitio principij, quoniam ſicut ignis ſe habet ante omnia in ratione calefaciendi, & aer humectandi, ſic aurum ſe habet ante omnia in ratione aurificandi, & vegetatiua in ratione vegetandi. Cùm igitur finis Alchymiæ ſit aurificare &c. oportet in ipſa eſſe aurum & vegetatiuam. Hoc eſt dictum, quod in Alchymia ſit ſubiectũ, in quo vegetatiua ſit plantata. Et ſi ſubiectum Alchymiæ aurificaret & vegetaret, ſeu argentificaret & vegetaret abſque auro & argento & vegetatiua, diffinitio principij eſſet falſa, quia nullum principium alicuius ratiõe prioritatis ſe haberet ante aliud, quod eſt impoſsibile. Et ſi in ſubiecto Alchymiæ ſunt aurum vel argentum & vegetatiua, & non aurificat vel argentificat, eſſet falſa prima regula quidditatis per primam localitatis ſignificata, quoniam eſſet aurum & argentum, & vegetatiua actualiter, & eis propriè non competeret aurificare,

care, argentificare & vegetare, quod eſt contra curſum naturæ, quia pateretur finis vacuitatem, quam vacuitatem natura ſufferre non poſſet. Concluditur igitur, quòd Alchymia neceſſariò eſt de auro vel argento, & vegetatiua quæ ſunt entia realia & vera. Igitur demonſtratur quòd ipſa eſt ens reale & verum.

Quæſtio, vtrum cœlum moueat elementa, aut elementa moueant cœlum? Solutio in declaratione figuræ quadrangularis: nam motus in hac arte vſq; ad illam partem quæ incipit, Et hoc eſſe nõ poſſet.

Quæſtio, vtrum cœlum ſit principium generale? Solutio, Item camera motus forma vſque ad illam partem quæ incipit, Veritas eius quod diximus.

Quæſtio, vtrum Mercurius vegetabilis generare poſsit Q abſque auro & argento? Solutio. (C) eſt aurum & argentũ forma, dans eſſe lapidi philoſophorum, exiſtens, efficiens principiũ atq; formans Q: cũ qua quidem forma Q habet eſſe hoc quod eſt. Et quomodo quodlibet principiũ exiſtit mediũ, per quod vnũ tranſit per aliud ad Q. Ideo dictus Mercurius generare nõ poteſt

test Q, absentia auri vel argenti, quoniam deficeret subiectum influentiæ, & per consequēs Q. Et quia si generare posset Q dicta conditione, & per consequens formare, tunc sequeretur quòd dicta formatio esset proprietas propria Mercurij vegetabilis, quæ auro & argento est appropriata, quod falsum est secundum declarationem & explanationem formæ.

Quæstio, vtrum in Q sit necessaria pluralitas principiorum? Solutio. in declaratione figuræ quadrangularis, & cùm concordantiam habent vsque ad illam partem: Concluditur ergo &c.

Quæstio, quare est Mercurius vegetabilis? Solutio. D est Mercurius vegetabilis per seipsum, & qui est ex partibus proprijs coessentialibus, quæ sunt concreta essentialia ipsius, quorum ratione est in numero specifico. Et hocidem de suo proprio odore & colore, quæ determinant & specificant ipsum. Et est Mercurius vegetabilis, vt sit hominis sanitas, quia per ipsum à morbis quàm plurimis quātumcunque grauibus, citra terminum constitutum conseruari posſit. Et, vt etiā iuuentus

tus pristina restauretur, & etiam vt ex ipso & alijs principijs huius artis lapis Philosophicus componatur.

Quæstio, de quo est Mercurius vegetabilis? Solutio. D est Mercurius vegetabilis de suis essentialibus concretis, scilicet de sua forma & materia, & de suo odore & colore, quoniam istæ partes in ipso sunt necessariæ. Ideo non potest esse sine illis. Et est etiam BCDEFGHIK, à quibus descendit & generatur.

Quæstio, quid est Mercurius vegetabilis in auro vel argento? Solutio. est Mercurius vegetabilis in auro vel argento in M vel Q substantia simplex de suis specialibus concretis, & quæ quidem concreta Mercurij vegetabilis inducta existunt de dictorum partibus & eorũ qualitatibus.

Quæstio, quid habet Mercurius vegetabilis in auro vel argento? Solutio. habet Mercurius vegetabilis suum proprium actum & operationem, cum quibus vegetat illa. Et proprietas illorum, quoniam vegetabilitas Mercurij, in quo sustentatur, est subiectum suum proprium, secundum hanc artem habet seipsum in eis, &

facit ipsa esse vegetabilia in M vel in Q, ratiõe cuius dicta aurũ vel argentũ sua multiplicant similitudines in substantijs, quæ sunt extrà. Et quoniã verè mercurius vegetabilis in eis habet actionẽ & passionem: hac de causa habet p actionẽ seipsum simplicẽ & valde liberũ. Et p passionem habet compositionẽ, sub q̃a stat captiuus & cõfract⁹, vt de ipso possit esse M vel Q, vt in operatiõe dictorũ fugere nõ possit: secundũ ea quę dixim⁹ in vegetali, intelligere potest Artista de omnib⁹ alijs principijs, secundũ suũ modũ & naturas & ꝓprietates corũ.

Quæstio, vtrũ C debet ingredi in operatione crudũ aut euacuatũ? Solutio CEF. C nõ potest opus ingredi, cùm in ipso sit mixta terrestreitas cum aeritate, subtile cum grosso, spirituale cum puluere damnato. Oportet igitur euacuari, & illud quod ascenderit ad allutel capiatur: reliquum autẽ tanquam rem inutilẽ proijcere: nam diximus sæpius, oportet Artistã corpora deducere ad sui primã materiã, quia aliàs nõ posset cõcordantia medij inter C & D, quia impediret per V damnatum, ratione cuius M vel Q ex tali C composita non haberent

pote-

potestatem suas species multiplicandi in substantijs quæ sunt extrà, sed cũ igni exponerent, fugerent cum tota sua specie, ex eo quia fuit impeditũ medium cõiunctionis: quare concluditur, quòd C crudum opus nostrum ingredi non debet.

Quęstio, quomodo aurũ & menstruũ vegetabile cõiungunt in vnitate numeri vltimati, ita ꝙ aurũ manet vegetatũ, & menstruũ vegetabile manet aurificatum? Solutio. 1 k aqua mixta cũ vino manet aqua viuificata, & vinũ aqua viuificatũ: nã & carnes & herbę positę in melle, cõuertunt in speciẽ mellis, & mel manet sub sapore rerũ sibi applicatarum, ex eo, quia minima pars cũ minima miscet. Itẽ vegetatiua est plãtata in elementatiua, & sic in quolibet elementato est vegetatiua in actu vel in potẽtia: nã sicut flamma ignis quæ cõburit lignũ, deducit ad actũ flammã ignis existen tem in potentia in lychno. Sic vegetatiua actualiter existens in vegetali menstruo, deducit ad actum vegetatiuã, existentem in potentia in auro: nam sicut vegetatiua per omnes partes auri existit potentialiter: sic & postquam deducta est ad actum

actua

actualiter exiſtit, ita quòd aurũ quodammodò potentialiter tunc temporis exiſtit actualiter vegetatum. Et vegetale menſtruum quod erat aurificatum potentialiter tunc temporis exiſtit actualiter aurificatũ, mouente ſe aurificatiuo potentiali ad aurificatiuum actuale & econuerſo. Prætcrea exiſtit coniunctio iſtorum in tertio numero, mouente aurificatiuo, quod eſt intra aurum vegetatiuum, quod eſt intra menſtruum vegetabile, vt menſtruum vegetabile moueat ſuũ menſtruale vegetale ad deaurandũ & vegetandum, & econuerſo, mouente ſe vegetatiuo quod eſt intra menſtruum vegetale ad aurificatiuum, quod eſt intra aurum, vt vegetatiuum ſine aurificatiuo moueat ſuũ menſtruale vegetale ad vegetandum & aurificandum: & ſic reuelatum eſt quòd vnitas vltimati numeri dictorum exiſtit per modum mixtionis correlatiuorum eſſentialium, & actionis & paſsionis ipſorum.

Quæſtio, quomodo hic lapis Philoſophicus eſt vegetatus, cùm non recipiat augmentationem ab extrà? Solutio. B C in vegetabilibus eſt vegetatiua principaliter diffe-

differens, & per consequens naturata secundũ proprietates subiectorum, in quibus est plantata, & sic in aliquibus viuere non potest nisi per ipsum radicale humidum subiecti, in quo est plantata, conseruetur, recipiendo augmentationẽ ab elementis compositis. In alijs verò viuit, licet augmentationem nõ recipiat subiectum, in quo est plantata, quia est ita conformis & coniuncta humido radicali, & calori naturali illius, quòd non moritur, licet aliquod elementorum in se nõ recipiat sicut est in melle, in quo clarè patent quę suprà diximus. Tamen si sibi aliquid applicetur vegetatiuum mellis, transmutat illud in speciem mellis, & augmẽtat speciem subiecti, in quo est plantata. Et sic est de nostro lapide, qui habet motum naturalem, cùm retinet in se naturam vegetatiuę, nõ ea conditione, qua arbores & animalia, sed habet ipsam per modum, quo humidum radicale est calori naturali cõiunctum vegetatiuitate, vegetabilitate, & vegetare in tantum, quòd licet augmentationem non recipiat, non ea propter moritur, sicut de melle diximus.

Quæſtio, quomodo (C) eſt aptum ad ingrediendum magiſterium? Solutio (C) D. Iſta camera ſignificat quæſtionis ſolutionem: nam D eſt ſufficiens in (C) ſicut maior quinta eſſentia in inferioribus, inter quæ (C) D nulla eſſet operatio, ſi inter ea non eſſet concordantia: nam quantum forma eſt nobilior, tantum nobiliori indiget materia, & per conſequens concordantia maioris nobilitatis. Ex quo reuelatur Artiſtæ, quòd quantum materia magis propinqua eſt ſimplicitati, tanto magis apta nata eſt ad coniungendum cum forma, quæ eſt de ſimplici natura, ſicut clarè videmus: quia cœlum quod eſt de ſimplici natura maiorem habet concordantiam cum prima materia, quàm cum elementis, & maiorem cum elementis quàm elementatis. Et maiorem etiã habet cõcordantiam cum igne, quàm aere &c. Cùm igitur noſtrum magiſterium oportet eſſe per ſummam concordantiam materiæ & formæ, oportet (C) C eſſe aptum illo modo, quo ſumma concordantia generetur inter (C) D quod eſt quòd Artiſta deducat ipſum ad maiorem

iorem ſimplicitatem quàm poterit ſua natura recipere, et tunc (C) erit aptum ad compoſitionem ingrediendum, quæ ſimplicitas eſt quòd cõuertatur in R, ſi aliter, eſſet ibi mutua reſiſtentia per purum & impurum, qua ratione eſſet deſtructum medium coniunctionis naturalis inter (C) D.

Quæſtio vtrum metalla perfecta habent neceſſariò conuerti in elementa, vt poſſint eſſe materia noſtri lapidis, aut ſi ſunt apta nata ad eſſendum materia lapidis noſtri abſque eo quòd diuidantur per elementa? Solutio C E. neceſſarium eſt quòd metalla dundantur in elementa, ex eo vt eorum materia appropinquetur ad ſuum genus, quod eſt prima eorum natura, et tunc ipſorum talis materia eſt magiſterio ſufficiẽs ad nouam regenerationem: aliàs enim quantum metalla elongarentur ab E, tantum elongarentur à prima ſui natura, et per conſequens à noua regeneratione artificiali, quod eſt medium, per quod metalla cum D termiminari debent in M vel Q: conſtat igitur affirmatiuam eſſe veram.

Qnæstio quomodo fit fermentum compositum? Solutio CF compositũ fermentum fit ex prima materia & natura metallorum & oleo, guttando guttam post guttam, & post hoc cum Mercurio nostro naturali inceratione, quod est medium coniungens Mercurium cum dicta prima materia: alias enim potentia & operatio deficerent in lapide, ratione cuius nõ posset potentiam in alio habere. Post hoc quòd humectet, induret, donec fiat sicut gumma: tunc verò per modum istum est perfectum compositum fermentum quod dicitur gumma, quæ habet tantam potentiam conuertendi, quantum sufficit suæ naturæ.

Quæstio, quid est fermentum simplex et fermentum compositum? Solutio. C G fermenta simplicia sunt illa quibus nihil est admixtum, sicut sunt elementa per se simpliciter sumpta. Fermenta composita sunt, quando quædam cum alijs miscentur. Quare sit reuelatum quòd si corpora perfecta specialiter nescis reducere ad ad sui primam materiam, non poteris habere nec fermentum simplex, nec fermentum

tum compositum. Et si dicta fermenta nõ habes, erit lapis fine vacuatus. Preterea sua qualitas in substantijs extra non haberet dominium.

Quæstio, vtrum in magisterio sit necessaria mixtio? Solutio. in declaratione istius principij, quæ designatur per cameram C G. Quia aliàs non posset esse concordantia inter C (C) D vt inter fermenta simplicia et composita. Quare dissolutio in nostro opere requiritur necessario? solutio C H. in ista camera reuelatur solutio quæstionis: nam necessarium est quòd Artista per artificium habet corpora corrumpere, vt ipsa per corruptionem ad primã sui nturam reducat, quæ quidẽ corruptibilitas oportet vt se iuuet cum dissolutione, vt fiat destructio vnitatis per dissolutionem partium, vt successiuè per partes minimas trahatur à corporibus sui primordialis materia, quod verò fieri nõ posset absque dissolutione, ex eo, quia deficeret medium, cum quo corruptibilitas & contrarietas se iuuare habent contra concordantiam vnitatis destructibilis & corruptibilis: quæ verò vnitas non deue-

niret ad non esse per corruptionem, nisi seipsam corruptio iuuaret cum dissolutione.

Quæstio, de quo sufficit lapidi philosophorum ad dandum pondus, qualitatem, quantitatem, colores & similia substantijs per eum alterabilibus? Solutio CI. generatio est id per quòd creantur formę, nouæ, quæ verò esse non posset absque corruptione, per quam priuantur formæ antiquæ: nam quælibet formarum propriam naturam et specificam habet, cum qua naturat materiam, sicut species auri est forma auri, format materiam multùm bene complexionatam in humido radicali et calore naturali in pondere, mollitie, resistentia ignis, et calore citrino, & forma Veneris format materiam leuem male complexionatam cum fecibus terreis &c. & sic de alijs metallis: vnde patet quòd materia conditionatur conditione formæ per generationem, et ab ipsa recipit virtutem & proprietatem, vt alia materia formata natura humana recipit omnem conditionem illius formæ: & sic existit materia alia cum alio pondere, colore,

colore, quantitate, qualitate &c.& ſic de aliis rebus generabilibus & corruptibilibus, quorum materia complexionatur conditione formæ, qua nouiter eſt formata: & ſic concluditur quòd lapis philoſophicus ſufficit ſubſtantijs prædictis de forma naturali, qua eſt formatus iuuante ſeipſo ad dictam transformationem cum generatione ad pondus nouum, molliciem & bonam complexionem &c. Et cum corruptione ad priuandum horum contraria vel econuerſo, ſicut ſi lapis fuerit male formatus &c. quæ forma mouet materiam, vt ipſa influat ſuam naturam cum dictis duobus inſtrumentis, ſicut faber qui mouet materiam ferri cum martello in formam claui, & illam corrumpit quando vult, et illam materiam format forma cultelli: ſic metaphorice et multùm melius lapis philoſophicus operatur vt dictum eſt.

Quæſtio, quales ſunt colores apparentes in opere? Solutio C K. quęlibet quatuor cauſarum ſuũ habet colorem ꝓpriũ,

quorum ſimilitudo apparet in elementatis, vt diximus in tabula generali, ſecundum quod quodlibet maiorem habet concordantiam cum aliqua illarum, vel contrarietatem, cùm quidã ſunt colores, qui apparent per differentiam & concordantiam. Alij, qui apparent per concordantiam & contrarietatem, in dictę tabulæ generalis diximus tractatu. Et quia dum quodcunque ſuppoſitum elementatum generatur per dictarum quatuor cauſarum mixtionem, per ſucceſsionem ſubmittitur vnum alteri, & ſic fit de ſuo colore, quia vnus color ſubmittitur alteri. Et ideo quia lapis philoſophicus in ſua perfectione naturam habet ignis ſimplicis, ſimilem habet colorem concordantem cum igne, cuius color ꝓprius eſt rubeus. Et quoniam antequam perueniatur ad ignis ſphæram, oportet per aeris ſphæram tranſire, ideo ante rubeum apparet color diaphanus cũ citrinitate, ex eo quia ignis cum aere eſt mixtus. Et quia antequã ad ſphærã aeris perueniatur, oportet tranſire per ſphæram aquæ. Ideo ante colorem aeris, quando lapis tranſit per ſphæram aquæ,

aquæ, apparet color aquæ proprius, qui est albus. Et quoniã terra est principium, per quod incipit ascensio, dum lapis est in eius sphæra, apparet in eo color niger, qui est color proprius terræ. Sunt igitur colores quatuor, causati à principalib⁹ causis, apparentes in lapidis generatione, scilicet niger, albus, citrinus & rubeus. Et hoc intelligere habet Artista, quòd vnus post alium successiuè secundum regulationem sphærarum generetur, vt non destruatur medium coniunctionis: quoniam vnus color est medium inter vnum & alium. Aliàs si priùs apparet rubeus, quàm niger vel albus, vel croceus, & croceus quàm albus vel niger &c. est destructa ordinatio naturalis mediorum, propter defectũ concordantiæ virtutis, & causarum triangularitatis innaturalis contra quadrangularitatem naturalem medij. vnde fieret influxus acuti anguli contra influxionem recti anguli, quod est circa esse & perfectionem: quod quidem esse & perfectio esset destructum propter influxum innaturalem triangularem, qui concordantiam habet cum defectu & nõ esse. Quare opor-

tet ita rectè gubernare ignē per accidens, quòd sequatur quadrangularitas dictorū colorum: nam vt explanauimus in practica: aliàs enim nō haberet subiectum, cum quo se regulare posit ad cognitionem lapidis philosophorum, quia quando arbitraretur ipsum incipi ingredi digestionē, esset crudus vel combustus propter inordinationem colorum, qui sunt demōstratiua totius regiminis.

Quæstio, quare est separatio? Solutio C G H. Finis huius separationis est, vt prima materia à vegetabilibus & mineralibus per minima trahatur priùs, vt in vino per rectificationem, per canonum distillationem, & circulationem. In alijs autem per elementorum separationē, sed prius oportet, vt putrefiant, absque quorū separatione lapis noster fieri nō potest. Et est separatio, vt separetur mundum ab immundo, subtile à grosso, leue à ponderoso, sicut elementa, vt terra ab aqua, ab igne, & econtrà, aqua ab aere & econuerso, terra fructifera à cinere &c. Aliàs enim esset destructa amabilitas concordantiæ istarum rerū, quæ licet sunt partes nostri

lapidis

lapidis propter confusam & mixtionē impuram & inordinationē naturalem, quæ fit. Istud principium & eius finis conditionem Artista in suo opere vero consideret.

Quæstio, cum quo cognoscit Artista, quòd lapis philosophicus generatur ex primordiali natura vini, vel alterius vegetabilis, & auri vel argenti, & aliorum metallorum? Solutio C F. Potētia est id, cum quo agens attingit obiectū: nam visus videt quòd nulla generatio de vna natura in aliā fieri potest, nisi res alterabilis omnimodè dissoluatur, & per minimas reducatur de forma in formā vsque ad primam materiam sui, quæ appetitū habet ad hanc formam, quia si aliàs esset possibile, quòd remanente sub forma vna, esset possibile sub altera stare, & habere cōditiones illius naturales absq; eo quòd à priori corrumperetur, sicut pipere existente sub specie piperis, posset stare sub specie arietis, absque eo, quòd ipsum piper corrumperetur, quoniam sic piper naturā posset habere arietis, & ecōuerso, quod est impossibile. Præterea metalla ipsis existentibus solidis,

ſolidis, & ſub vnica forma ſpecifica ſtare ſub ſpecie aquæ, vel alterius elementi, & quodlibet eorum poſſet in elementa conuerti abſque eo quòd corrumperentur à propria vnitate, quod eſt impoſsibile. Intelliget igitur cum potẽtis intellectiuitatis, intelligibilitatis, & intelligere cũ quo mouet artificiũ, & aſsimilatᷓ naturæ. Quia dicta potentia mouet & intelligit, quòd id quod cauſa facere nõ poteſt, non poteſt facere eius effectus. Sicut quia natura generare, nec materia alterare ſubſtantiam, & ponere ſub alia forma noua poteſt, niſi illam ad primam materiã reducat: ſic nec ars conſimiliter & minus illud facere poteſt, cùm ſit eius effectus. Et in iſto paſſu errant aliqui truffatores occæcati, qui lapidem ſeu Alchymiam componere intendunt abſq; reductione rerũ, quę eſſe habẽt partes illius ad ſui primã materiã. Et quia neſciunt exſpoliare formam antiquam, neſciunt ipſi materiæ inducere nouã formam, ex eo quia materia relinquere non vult ſuam primã formam. Et quia non iuuant naturam per corruptionẽ, non iuuat ipſos natura cum generatione: habet igitur

tur Artista dictam etiam cognitionem per vegetatiuam existentem in aliqua specie quæ generat ens ponendo ipsum sub sua specie per reductionem illarum ad sui primam materiam, quas ad sui speciem cõuertere nõ posset, nisi illas per minima dissolueret, & subtilem & magis propinquam simplicitati materiam caperet ad conuertendum in suam speciem: & ideo hęc est causa quare ab animantibus tantę emittuntur feces, vt per egestiones, per vrinam, per sudorem &c. & in arboribus per gummas, quæ sunt earum sudores. Quare est ad intelligendum quòd ad quamcunque regenerationem opportunum est res regenerabiles ad sui primam materiam reduci. dissoluendo et putrefaciendo

Quæstio, vtrum diuisio elementorum à quocunque elementato sit possibilis artificialiter? Solutio. E G sic faciemus vnam rationem pro parte negatiua, & aliam pro affirmatiua: si diuisio elementorum esset possibilis per artificium, esset possibile quodlibet elementorum per se ad partem sui propriam & simplicem naturam existere, alięs non essent diuisa immo-

mo-

mo essent mixta. Et sic Alchymista posset habere simplicem aerem ad partẽ, in quo non esset caliditas. Et sic de igne, in quo non esset siccitas &c. ratione cuius demonstratur; quòd vnum elementorum posſit esse sine alio, habente quolibet solùm primam qualitatem naturalem, non mixtam cum alijs, ita quòd non haberet appetitum ad suam speciem multiplicandum, nisi solummodò ad essendum hoc quod est imposſibile, & contra ordinationem, quam A posuit in elementis & eorũ naturis. Cuius ratione voluit quòd vnum sine alio esse non posset ad hoc, vt esset generatio & corruptio elementatis, & quòd species conseruarentur in indiuiduis, quod esse non posset, si elementum quodlibet per se secundum propriam qualitatem separatum esset ab altero. Præterea destructus esset triangulus viridis, & virtus actionis & pasſionis &c. Demonstratur igitur quòd natura sufferre non potest artificium operari est imposſibile. Solutio G X. Alchymista in suo opere intelligit elementa ad partem separari non sic simpliciter & absolutè, sicut dicitur

citur

citur in ratione superiori. Sed intelligit ipsa cōposito & mixto modo separari taliter quòd vbi fuerit subiectum, quod ipse ignem vocat, magis sit de simplici qualitate ignis quàm de altero elemento. Et sic de aere, vbi magis est de humiditate quàm in igne. Et sic de terra & aqua. Et talis ignis licet sit compositus, sua simplex qualitas innata conuertit partes elementorum, quæ magis cum ipso participant, vt sua potestas sit maior in virtute. Et sic de aere, qui elementorum qualitates, quæ magis cum ipso participant, aerificat, vt possit in alijs elementis suam similitudinem multiplicare. Et sic de aqua & terra. Hanc ergo diuisionem nō considerat Alchymista absolutè, vt superiùs diximus, sed considerat ipsam mysticè & artificialiter, & quodlibet elementorum compositorū trahere taliter, quòd sint magis propinquā simplicitati quàm esse possint per artificium. Si igitur respicit Artista, explicata est intentio Alchymię & ignis, quam in Felice considerauimus in Capitulo, quod incipit, Felix petiuit à quodā philosopho, si Alchymia est ars. in9 qui incipit,

Infra

Infra ignem, & Alchymistam quendam fuit questio. Et sic manet affirmatiua questionis vera, quòd videlicet diuisio elementorum à quocunque elementato est possibilis artificialiter.

Quæstio, quare metalla minus habent de corruptione, quàm aliquod aliud corpus elementatum? Solutio CMI. Induratione infinita nulla est corruptio, immo intantum est perfectum ens, quòd formaliter in ipsa potest esse generatio absque corruptione. Et ideo elementa appetitum habent ad finem, ad quem creata sunt, hoc est quòd sint in aliquibus corporibus cõpositis cum maiori cõcordantia durationis sine corruptione. Et quia natura metallorum est magis disposita per dictã concordantiam contra corruptionem, huius ratione astruitur in metallis, in quibus est minus de corruptione, quàm altero corporum cõpositorum ex quatuor elementis. Ratio huius est, quia totũ corpus elementatum indiget magis rebus exterioribus quàm metalla. Et ideo metallorũ corpora melius sustinere possunt duratione quàm aliqua alia corpora.

Quæ-

Quæstio, quare elementa habent maiorem concordantiam in metallis, quàm in aliquo aliorum corporum elementatorũ, sicut sunt animalia, plantę, herbę etc. solutio C F I. Generatio quæ est in metallis non habet medium: quia elementa per instinctum naturalem ipsa generant metalla, absque eo quòd vnum alterum generet, secus est in animalibus et plantis: quia vnum animal generat aliud, et vna planta aliam: et quia generatio metallorum est immediatè influxa in ipsis metallis, et per causas principales, quæ secundum proprias naturas formæ et materiæ sunt incorruptibiles, ideo ipsa metalla nõ sunt tam corruptibilia, sicut cętera corpora ad significandum æternam et infinitam generationem, in qua nullum est medium, nisi solùm Deus infinitus et æternus. Et ex hoc reuelatur Artistæ, quòd eo quod vnum metallum non generat aliud quòd quædam non in alijs.

Quæstio, quomodo Artista intelligit vnum metallum in alio generari ex eo quòd natura vnius in tantum est ab altera remota, quòd quædam in alijs nõ sunt

mixta? Solutio. C G esse in alio duplici-
ter consideratur aut actualiter aut poten-
tialiter, metalla autem naturaliter, au actua
liter non sunt mixta quædam in alijs
sicut plumbum, quod secundum propri-
am naturam & actualiter non est in au-
ro vel argento &c. nec econuerso: quo-
niam sic resultaret quoddam ens quod
nec esset plumbum nec aurum etc. Quod
esset absque vtilitate et vacuitate finis au-
ri aut argenti &c. et quoniam talem va-
cuitatem natura sufferre nō poterat, ideo
in alijs mixta quędam naturaliter non per
mitteret, sed ipsa metalla sunt potentiali-
ter quædam per omnia, et omnia per
vnum, sicut vna species in omnibus es-
set, omnes in vna natura indiuidua-
lis existens alicuius speciei potentialiter
in aliquo ente generabili et corruptibi-
li non posset conuerti nec formari actua-
liter ab illa specie, sicut caro humana po-
tentialiter existens in pomo, vino pane,
nō posset actualiter formari sub specie hu
mana, et sic de alijs rebus similibus istis ea
tenus propter istam mixtionē potentialē
Artista habet modū intelligendi id quod
est in

est in potentia in vnoad actum reducere mediantibus BCDEFGHIKLMNOPRQ.

Quæstio quomodo Artista intelligit quòd lapis philosophicus necessario non potest componi ex alio præterquam ex metallis & menstruo vegetabili? Solutio CMF. actus proprius qui est metallorum finis, & vegetabilis menstrui & necessitas medij mouent intellectum ad intelligendum quod ex alijs impossibile est fieri rebus, ex eo quia Artista artificialiter aurificare intendit seu argentificare & vegetare et coniungere extrema per medium sapiens naturam vtriusque, quod medium dicitur terra, ab alijs corporibus eleuata in sulfur naturæ, quod dicitur sal philosophicum, vel Mercurius vegetalis coniungens omnia extrema ad vnum finem. Et in isto passu cognoscit intellectus quòd nisi elementa fuerint Mercuriata, quòd extremum cum extremo coniungi no posset ad vegetandum, sicut elementa conuersa in terrã suam vel alienam, quia alterandi potestatem non haberẽt propter medij defectum: est igitur actus principiorum id per quod Artista intelligit opus

neceſſariò ab iſtis rebus fieri & non ab a-
lijs &c.

Quæſtio, vtrum ſicut plumbum muta-
tur in aurum, mutentur accidentia plum-
bi in accidentia auri, hoc eſt quòd muten-
tur quantitas, qualitas, actio, paſsio, habi-
tus, nigredo, mollicies &c. plũbi, in quan-
titatem & qualitatẽ auri?&c. Solutio. Pro-
batum eſt ſuprà, quòd lapis philoſophicus
eſt vegetabilis & vegetãs. Reſpondẽdo igi-
tur ad quæſtionem. Sicut vegetatiua con-
ſtituta eſt de vegetatiuo vegetabili, & vege
getare & vegetatiuũ in inuegetabili pro-
pinquo conuertit vegetabile remotũ, vi-
delicet mixtionem elementorum, in qua
vegetatiuum & vegetabile exercere habẽt
ſuum actum, & ſic conuertitur eſſe & na-
tura elementorum in eſſentiam & naturã
rei vegetantis. Ita quòd forma in formam,
materia in materiam, & accidentia in ac-
cidentia cõuertuntur, & ſic habet fieri ge-
neratum, tranſmutãdo ſpeciem in ſpeciẽ,
hoc eſt in indiuiduum vnius in alterum.
Et hoc fit per ſeparationem formæ à for-
ma, & materiæ à materia. Sed contra hoc
obijci poteſt iſto modo: Si lapis philoſo-
phicus

phicus plumbũ mutat in aurũ, ſequitur quòd effectus mutat cauſam: patet: quia cùm lapis tempus, qualitatem, quantitatem &c. habeat ab artificio: plumbum autem omnia iſta à natura recipiat, ratione cuius habet tempus naturale &c. Hoc autem eſt impoſsibile, & contra curſum naturæ, ratiõe cuius videtur quòd nullum quid naturale per artificiale conuerti poteſt, cùm ſe habeat tanquã ſuperius ad artificium. Contra iſtam obiectionem qui nihil habet realitatis, oportet deducere triangulum viridem, dicendo, differentia exiſtit inter artificiale quid, et naturale, et naturale et artificiale ſimul. Nam prima ſuppoſitio primæ rationis eſt falſa, quæ ſupponit lapidem entitatem ſolummodo habere ab artificio, et non à natura, cuius ratione nihil valet ſuppoſitio, cùm nihil ſit artificiatum, quin prius ſit naturatum, et per conſequens naturale. Sed quia lapis habet entitatem artificialem et naturalem, ideo mutat entitatem naturalem ratione entitatis naturalis in illo exiſtentis in entitatem ſuæ formę naturalem, quę aggregata fuit per artificium, et ſic tem-

pus naturale mutat tempus artificiale in tempus naturale, iuuante arte ex eo, quòd natura no haberet instinctum ad talia agendum, nisi materia administraretur per Artistam, sicut patet in electuario & syrupo &c. Quæ natura nunquam faceret, nisi debito modo administraretur materia per Apothecarium. Et similiter natura de se non haberet discretionem sumendi, nisi medicus debito modo naturæ infirmi administraret.

Quæstio, quid est perfectum ens? Solutio CM. Perfectum ens est lapis philosophicus non fermentatus in virtute neque in quantittte.

Quæstio, de quo est perfectum ens? Solutio DM. est de sua vnitate simplici, & est de suis partibus, scilicet CDEFGHIKL OP &c. Et etiam de Artista ipsum componente.

Quæstio, cum quo est in vltimata vnitate positum? Solutio CK. perfectum ens est positum in vltimata vnitate per modum, quem habet Artista in intelligendo & cõbinando principia ad perfectionem ipsius per doctrinam & processum huius artis.

artis. Eſt etiam eius vltimata vnitas illius in eſſe poſita cum naturis & actibus C D E F G H I K L O P &c.

Quid eſt fermentatio? Solutio C N. Fermentatio eſt principium, ſignificans duplicem multiplicationem, videlicet quantificatiuam tãtùm & virtualem virtutem. Quantificatiua eſt, quæ concernit multiplicationem quantitatis & defectum virtutis. Virtualis verò per contrarium, ſcilicet quæ ſignificat multiplicationē virtutis, & detrimentum quantitatis. Alia verò eſt, quæ concernit multiplicationem virtutis & quantitatis ſimul. Prima verò fit cum Mercurio vulgi, vt reuelatum extitit in Teſtamento noſtro, in capitulo quod incipit, Fili tu prendeas vna vncia, & de illa dicta medicina multiplicanda &c. per totum. Secunda verò fit, vt reuelatũ eſt in libro ſecundo, in Capitulo quod incipit, *Quantiaras acabads los dites medicines &c.* per totũ. Multiplicatio virtualis & quãtificatiua ſimul reuelata eſt in practica arboris philoſophalis, in parte illa quę incipit, Eſt etiam aliud de ſecretis naturæ, quomodo de M, Q facere poteſt.

Quæstio, quare est fermentatio? Solutio CN. finaliter fermentatio est, vt Artista habeat modum, cum quo multiplicare sciat tribus modis in præsenti quæstione explicitis, vt sciat euitare maiorẽ laborem quantum possibile fuerit, aliàs nõ haberet posse intelligẽdi euitationẽ longi operis.

Quæstio, de quo est fermentatio? Solutio DN. Fermentatio est de suis partibus, sine quibus esse nõ potest, puta formentatiuum, fermentabile & fermentare. Et est de D C & mercurio vulgariter intellecto.

Quæstio, cum quo fit fermentatio? Solutio KN. Et quæstio quidditatis fermentationis.

Quæstio, vtrũ operatio sit principium necessarium ad opus Alchymicum? Solutio E P. Manifestũ est, quòd veritas huius quæstionis consistit per affirmatiuã, quoniã si esse posset lapis philosophicus absq; operatione, vel aliquod aliorũ principiorum, sua natura nõ habuisset appetitum, nisi ad existere, & non agere, & sic quodlibet eorũ esset ociosum, & fine proprio vacuum, ratione cuius vnum principiũ appetitum nõ haberet ad alterum, & sic esset destru-

destructa concordantia, per quam omnia principia huius artis concordant ad vnũ finem, & cuius absentia esset contrarietas, per quam sequeretur destructio vnionis: quod quidem natura sufferre non posset. Est igitur operatio principium necessariũ in arte ista, vt sequatur inde plenitudo finis per omnes operationes specificas omnium principiorum huius artis, sicut operatio Artistæ & B C D E F G H I K L M N O P Q, contra vacuitatem quæ queritur per ociositatem illorum.

Quæstio qualis est modus secundum quem totus finis magisterij habetur completus? Solutio B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V. In ista enim parte volumus quòd X significet calorẽ fimi, qui dicitur calor primi gradus. Z verò significet calorem furni secreti, qui dicitur calor secundi gradus: Y verò significet ignem cinerum, qui est calor tertij gradus, vnde modus est iste quòd tu obiectes materiam de qua, quæ est C D, vnde tu capias C & ponas super ipsum de D, quod natet superius per quatuor digitos, & ponas ipsum in X per sex dies naturales,

exinde C conuertitur in T, et sic forma
vnam figuram, quæ est de C D X, in
cuius medio est T, deinde tu accipias
vas sicut est, & vapora sibi aquam per
Y, et T conuertetur in V in quadran-
gulo dictæ figuræ forma vnum triangu-
lum de Y T V, deinde super V ponas D,
quod natet per quatuor digitos & po-
nas in X per mensem cum dimidio ad pu-
trefiendum: deinde extrahe vas, & po-
ne in igne de Z, deinde dimitte stillare
donec plus non stillet: deinde pone vas in
Y et exibit aqua spissior prima, quam ae-
rem dicimus, deinde super feces reitera
de D per pondus certum, et stet per tan-
tum tẽpus sicut prius, et distilla vt prius,
extrahe aerem donec plus noluerit di-
stillare per Y, deinde fiat reiteratio de D
super V, donec plus de aere noluerit di-
stillare per Y, quod cognoscere poteris,
forte modicum distillabit, et sic forma
aliam figuram quadrangulam videli-
cet de V D X Y, in cuius medio sit S, de
inde accipe S et mitte super V quod man
sit in cucurbita, et claude vas cum suo
coopertorio, et pone in X per quadragint
dies

ies, deinde extrahe et ponas vas in Y
t exibit RS simul, caueas tamen ne
ubesiant feces per multum ignem,
einde RS in vase ponas in X, et exi-
it S, et R remanebit in modum olei:
t si ille calor non suffecerit, ponas
as in Y, separabis S de R: deinde seruabis
ad partem, & S ponas super V, et pone
l inhumandum per quindecim des in X,
einde extrahe, distilla S per X vel Y, et R
onas cum alio in vase suo, et sic reitera-
is putrefactiones, distillationes, donec
oluerit plus R de V exire, quod cogno-
ere poteris: quia erit tam modi-
quantitas de R quòd erit quasi
sensibile, et V erit nigrum subruf-
m. Et sic formatur alia figura qua-
angularis de S V X Y, in cuius me-
o est R: deinde in parte ista voluimus
uod (A) significet animam ignis, et
uod (B) significet animam aeris, et
od (E) significet animam terræ: de-
de recipe S & ponas in X per octo dies:
stea ponas S in X, & distilla quantum
terit per illum calorē distillare deinde
reitera-

reitera id quod distillauerit super feces, & pone ad inhumandum per septimanam deinde distilla per X, et reitera id quod stillauerit super feces, & sic facias vsque ad septimam distillationem, reiterando inhumationes & distillationes, ita quòd in tertia inhumatiõe stet in X per quatuor dies, in alijs verò per tres dies: & sic formatur alia figura triangularis de D S X, in cuius medio est (B) ita similiter per easdem inhumationes & distillationes per X facies conuersionem de R in (A), & sic formatur alia figura triangularis de D X R, in cuius medio est (A) Et finita est rota elementalis, et fixio, et exuberatio elementorum scilicet S et R per corruptionem et generationem: deinde tu accipias V et euacuabis ipsum per magisterium, quod te docuimus in practica, quam Breuem cognominamus, donec sit desertum et depopulatum, et conuertatur in sulfur naturæ, et sic formabis aliam figuram quadrangularem de D V X Y, in cuius medio erit (E) et sic erit finita rota corruptionis cuius instrumenta sunt D X Z Y: vnde postquam finita est rota corruptionis oporte

oportet sequi rotam generationis. Et volumus, quòd hic (O) significet cõpositum de R S, & quod (P) significet compositum de V R: vnde ad faciendum cõpositum de R S, quod conuenit ad aurum, tu accipe quatuor partes de R, & cũ eis misce quindecim partes S, & ponas ad inhumandũ p quindecim dies, & distilla per X, reitera & inhuma donec manebit in fundo vasis ad modũ olei splendidissimi. Tunc R S sunt conuersa in (O) quod est limus. Et sicut te docuimus de cõuersione R S in (O) eo dogmate facere de V R te hortamur in eorũ conuersione in (P) & sic formantur duæ rotæ quadrangulares. Prima est de R S X Y, in cuius medio est (O) Secunda est de V R X Y, in cuius medio est (P) Deinde tu capias de (O) & cum ipso misce de D ad sextã partem, & pone ad inhumandum triginta diebus, & formabitur alia figura triangularis de D (O) X in cuius medio est (Q) rubeũ quod oritur de D (O) X. Et cõsimiliter facies de (P) miscendo cum ipso vnam partem cum dimidia, de D, & sic formabitur alia figura triangularis de (P) de X, in cuius medio est (Q) ad album. Et si nolueris D

ris D commiſcere, vt eius laborem nõ facias: capias igitur (O) & cera cum eo E, donec fluat ſicut cera, & inhuma per decem dies, deinde itera cerationem guttam poſt guttam, donec videris quod faciliter currat, ſicut cera. Et tũc capias iſtam materiam, & mittas in cucurbita philoſophalẽ per modum quem te docuimus in practica arboris, quòd ſic eſt noſtra intentio, & ponas in Z per 150 dies extrahe, & factum eſt, & proſequere, vt ibi explanatum extitit, & talis eſt modus propriè, ſecundũ quem Artiſta ſe regulare debet in opere. Sed attende bene quòd cerationem facere potes cum igne & aere, diuiſim abſque eo quod ante cerationem reducuntur in vnum. Et ſic finita eſt rota generationis, per quam habebis quod optas. Fili modò ex iſtis duobus limis formare potes multa & diuerſa opera in latitudine magiſterij: Primo modo in magiſterio operis regalis, vt fiat dictum ſuprà in ſuo loco, vel per magiſterium cerationis cum terra propria elementorum, & decoctione explicata in practica Sermocinali, cerando cum aere prius & igne

NB

per

per pondus prędictum, vel cum limis ſupradictis, factis ex aere & igne. Et ſic finitur rota generationis, per quam habes quod optas. Recolas igitur quòd finis magiſterij habetur completus per conditionem trianguli rubei per rotam corruptionis principiando & finiendo per rotam generationis: & hoc fit corrumpendo vnam figuram, & generando aliam, vt corrumpendo T, & generando V, & corrumpendo V, & generando R S &c. vſquequo oriatur M vel Q per ſua media, vtputa X Z Y, quæ ſunt medium per quod T conuertitur in V. Et etiam X Z Y ſunt medium, per quod V conuertitur in R S. Et ſic V eſt mediũ inter T & R S. Poſt X Y Z eſt medium, per quod R S conuertuntur in (A) (B) Et ſic R S eſt medium inter V & (A) (B) Deinde X Y Z D eſt medium, per quod (A) (B) cõuertuntur in (O) (P) Et ſic D eſt medium inter (A) (B) & (O) (P) Item Y & X & Z eſt medium, per quod (O) (P) coniunguntur (E) Et ſic (O) (P) eſt medium inter (A) (B) & M vel Q.

Quæstiones figuræ quadrangularis.

DIximus de quæstionibus figuræ abstractæ ab arbore philosophali, in quibus plura dubia soluimus, quæ erga artis approbationem & magisterium versabantur per aliquas eius cameras, & in quibus claram practicam pandimus Artistæ: nunc dicendum est de quæstionibus figuræ quadrangularis, per quas clara notitia habebitur in hac arte.

Quæstio, vtrum Deus sit primaria causa huius operis? Solutio B C. Deus est prima causa, & sic mundus est eius effectus: aliàs enim sequeretur quòd alter esset eius effectus, & sic per cõsquens mundus esset æternus. Præterea essent duæ æternitates, & sic duo Dij, quorũ quilibet esset infinitus, cùm de ratione magnitudinis, æternitatis sit ęterna singularitas, cum qua æternitati est solummodò vna infinitas. Aut sequeretur, quòd si mundus nõ esset æternus, & est, & nõ est effectus Dei, quòd ipse creauit seipsum, & etiam sic sequeretur quòd mundus esset antequam esset, quod est im-

est impossibile. Est ergo mundus effectus Dei, & quicquid in illo continetur, & naturale & artificiale. Concluditur ergo quòd affirmatiua huius quæstionis est vera, & quòd prima causa tanquam forma principalis mouet intelligentiã, id est Artistæ animam, ad intelligendum & recolendum subtilitatem & difficultatẽ huius artis. Et in isto passu reminiscatur Artista, quòd sit concordantia inter ipsum & causam principalẽ absq; contrarietate, vt primus motor moueat intelligentiã per rectam lineam ad veram intelligentiam, vt patefiat sibi id quod est occultũ in magisterio huius artis.

Quæstio, quem modum tenebit Artista, vt sequatur naturam per artificium? Solutio. Omnes cameræ huius figuræ. Modus est iste, vt significatur per secundam & tertiam cameram. Qui Artista debet obiectare prima principia quæ sunt materia & forma. Secundò debet obiectare elemẽta simplicia. Tertiò elementa cõposita. quartò indiuidua elemẽtata. quintò potentiã & operationem omniũ supradictorũ, quæ facere possunt post mixtio-

nem, ſextò mixtionē, ſeptimò diſſolutionem & generationem, octauò colores apparentes in opere, nonò digeſtionē, quam præcedunt cerationes in quæſtionibus primæ figuræ explicatæ, decimò ipſum lapidem, vndecimò fermentationem, duodecimò cū quo operari debet fermentationem & multiplicationem quantificatiuā & virtualem per ſe & ambas ſimul, decimotertiò & vltimò ipſum lapidem fermentatum. Vnde nota bene, quæ hîc dicemus: nā natura corrumpens aliquod indiuiduum primò putrefacit illud, poſtea ſeparat elementa compoſita, quæ ſunt in indiuiduo magis propinqua. Poſtea verò quodlibet illorum deducit ad ſummam ſimplicitatem: poſtea verò ad primam materiam illa reducit. Exhinc verò poſtquam finita eſt rota corruptionis, incipit rota generationis, incipiendo à materia prima, poſtea ad elementa ſimplicia, poſtea per mixtionem elementorum ſimplicium oriuntur elementa compoſita. Et etiam ex elementis compoſitis oritur ſubiectum elementatum, ſecundum propriā ſpeciem & formā, ſub qua attrahuntur

tur elemẽta ad illius cõpositionem. Si bene nos hîc intellexisti, dictus est modus, quẽ Artista sequi debet in magisterio nostro: vnde notare debet quilibet inquisitor veritatis, quòd ipse incipere debet vbi natura finiuit per rotationem corruptionis, & contrario modo figuræ trianguli rubei, incipiendo à fine, postea à medio, & sic successiuè vsq; ad principiũ. Hoc autẽ habet facere cum principijs figuræ corruptionis, quæ sunt Calcinatio, Dissolutio, Putrefactio, Diuisio, Purificatio. Per ista enim principia incipit lapidis corruptio. Deinde sequi oportet generationis rotã, de qua Artistam oportet instrumentum facere, cum quo generet lapidem, regendo principia sua successiuè, secundum quod magisterium exigit: quæ quidem principia sunt, Mixtio, Inceratio, Decoctio: ista enim principia si debitè regantur, sunt instrumenta generationis nostri lapidis. Et sic potest Artista formare vnã figuram ex duobus circulis immobilibus, quorum primus continet principia supradicta, & vocabitur rota corruptionis. Deinde in alio circulo inferiori po-

net vnum triangulum cum dictis tribus principijs, etiſte circulus vocabitur rota generationis. Quando verò Artiſta cũ debita materia finierit iſtas duas rotas, habebit quod optat, in quarum medio ponas O, quod volumus ſignificare finem et complementum operis: & iſte eſt modus, quem oportet tenere ad ſequendum naturam per artificium.

Quæſtio, qualis eſt conſideratio, quam homo habere debet de principijs huius artis? Solutio. tota figura & forma conſideratur tripliciter: primò prout eſt prima cauſa: ſecundò pro Artiſta: tertiò pro quo libet aliorum principiorum. Materia conſideratur tripliciter: primò pro illo de quo noſter Merçurius trahitur: ſecundò pro elementis: tertiò pro ſulfure naturæ. Cœlum habet triplicem conſiderationem, primò prout eſt cœlum maius: alio modo prout eſt Mercurius vegetalis: tertiò pro anima metallorum. Elementa conſiderantur dupliciter: primo modo ſimpliciter: ſecundo compoſitiuè. potentia eſt differens tantupliciter, quot ſunt principia. mixtio habet quadruplicem ſignificationem:

nem, primò inter D & C, secundò inter S & T, tertiò inter T & R, quartò inter S T & D diuisim vel simul. Dissolutio habet vnam solam considerationem, quæ est inter D C. Generatio habet duplicem considerationem: primò, prout generantur elementa, secundò prout ex illis & D generatur lapis. Colores habent duplicē considerationē, prima est in euacuatione corporū & elementorū rectificatione, secunda in lapidis generatione. Perfectum ens habet solùm vnam considerationem, vt patet ad sensum. Fermentatio habet triplicem considerationem, prima est virtualis, secunda quantificatiua, tertia virtualis & quantificatiua simul. Separatio habet triplicem considerationem, prima est inter elemēta, secunda est inter purificationem & fixationē illorū, prout separatur mundum ab immundo, tertia inter Mercuriū vegetabilem & feces. Operatio habet tantuplicem significationem, quanta sunt huius artis principia. Venenum transformans habet vnam considerationem, vt patet ad sensum. Ecce ergo qualis est consideratio, quam Artista habere debet de

principijs huius artis.

Quæſtio, quare miſcemus principia huius artis cum principijs philoſophiæ? Solutio. Tota figura ad denotādum quòd quodlibet principiorum philoſophiæ eſt in omnibus principijs huius artis, ſicut motus orbis forma intelligitur, quæ ſunt inſtinctus naturales principiorū & appetitus &c. quoniā ſi principia philoſophiæ in principijs huius artis non eſſent realiter, eſſent huius artis principia otioſa, & natura ſine vacuata, quia non haberent motum, habitum &c. per quod vnum appeteret alterius ſimilitudinē: & ſic eſſent in hac arte deſtructi trianguli viridis & rubeus, &c. quod eſt impoſsibile. Sunt ergo principia philoſophiæ in omnibus principijs huius artis, in quorū quidem tractatu multa ſecreta huius artis poſuimus & reuelauimus. Quapropter quilibet Artiſta habeat illum tractatum, quia magnæ vtilitatis eſt.

Quæſtio, qualis eſt modus ſubtilior huius operis? Solutio. Tota figura modus ſubtilior habetur per reiterationem figuræ corruptionis in metallis, quæ reitera-

tio habet isto modo fieri: Capto C,& posito in D, & inhumato,& dissoluto,& euacuato per magisterium practicæ quam Breuem cognominamus, vsq; redigatur in sulfur naturæ,tunc in metallo est finita rota corruptiōis. Nunc reiteratur sic: ponendo terram sublimatam in D,& dissoluendo, putrefaciendo, diuidendo. Postquam verò aer,ignis & aqua sunt euacuata,redigat iteratò Artista per rotam corruptionis terram ad sui purissimam sublimationem:qua finita, sequatur rota generationis cum suis principijs, vt suprà diximus. Et hic modus est subtilior ac nobilior, sed ducit ad regionem longinquam.Et hæc sufficiunt causa breuitatis: nam Artista plura secreta elicere potest, si verè intellexerit ea quæ in præsenti libro reuelauimus,&c.

De quæstionibus abstractis à figura de S.

DIximus de quęstionibus figurę quadrangularis, in quibus reuelauimus plura secreta huius artis. Nunc di-

cendum eſt de quæſtionibus abſtractis à figura S, ſecundum quas multiplicem dabimus modum ad cognoſcendum veritatem.

Quæſtio, quomodo ſit conuerſio inter STVZXY? Solutio. Sicut demonſtratur per primam, ſecundam, tertiam, quartam, quintam, ſextam & ſeptimam cameras tranſuerſaliter & oblongè. Cõuerſio quidem iſtorum STVZXY fit per ſua media, quæ conueniunt cum eis, quæ ſunt D E F G H, extenſæ quouſque conuertuntur in I, & de I in L, & de L in M: & ſic D E F G H ſunt media inter STVZXY & I. Et I eſt medium inter E F H G & L: & L eſt medium inter I & M, vnde cuilibet inquiſitori veritatis dicimus, quòd ad conuertendum STVZXY in M oportet per ſua media tranſire, priùs cõuertendo ipſa in E, pòſt in F, poſtea in G: Et ſic F eſt medium inter E & S. Vnde STVZXY nunquam conuertuntur in G, niſi mediante F, & de F conuerti non poſſunt in H, niſi priùs in G cõuertantur. Et ſic de alijs medijs dici poteſt ſuo modo: quam verò naturam mediorum Artiſtam neceſſariò intelligere

telligere oportet. Et sic cõuersio supradicta fit per successionem regulatam principiorum huius artis.

Quæstio, quid est forma lapidis philosophorum? Solutio. Declaratio C arboris philosophalis. Et declaratio A figuræ S, & secundum cameram de AA huius figuræ inuenitur forma dupliciter differre, scilicet in simplicem & compositam. Et secundum primam conditionem diffinitur sic: Forma lapidis philosophorum est vnitas absoluta atq; suæ rei singularitas, quę de seipsa est solummodò, & non de altero. Et secundum aliam conditionem diffinitur sic: Forma lapidis philosophorum est suarum quatuor camerarũ principalium vnio.

Quæstio, de quo est materia lapidis philosophorum? Solutio. Declaratio huius principij & B arboris philosophalis. Et camera de BB huius figuræ, per quam cameram significatur quòd materia lapidis est de quatuor elementis simpliciter, vt significatur per primam litteram. Et compositiuè, vt significatur per aliam.

Quæstio, vtrum corpora metallorum

ſunt nobiliora ſub ſua ſimplici ſpecie exiſtentia, aut ſi ſint nobiliora ſub ſpecie lapidis? Solutio CC. aut iſta nobilitas conſideratur reſpectu ipſorum tantummodo, et ſic nobiliora ſunt ipſis exiſtentibus ſub ſua ſpecie, quantum ad ſeipſa, quàm ſub ſpecie lapidis, aliàs ſequeretur quòd ens maius et nobilius eſſet in alio, quã in ſeipſo, quod eſt impoſsibile in reb⁹ naturalib⁹: ſi autem reſpectu finis, maiora ſunt ſub ſpecie lapidis, ex eo quia maiora ſunt in fine ſicut Muto vel bos qui maiorem finem habent ſub humana ſpecie quàm ſub ſua.

Quæſtio, quid eſt menſtruum vegetale aut reſolutiuum corporum? Solutio DD. Menſtruum pluripliciter differt. Quoddam enim eſt reſolutiuum, aliud reſolubile. Reſolutiuum verò eſt duplex, quoddam eſt cœleſte, aliud non. et reſolubile menſtruum ſic diffinitur: menſtruum eſt vapor potentialis exiſtens in quocunque corpore metallico coniungens ſulfur et ar. viuum, quod non niſi per reſolutiuum deducitur ad actum. menſtruũ reſolutiuum cœleſte eſt quinta eſſentia à
vino

vino vel tartaro extracta, cuius natura resolubile ad actũ producit. Aliud verò diffinitur: menstruum est aqua ardens perfectè rectificata à vino orta, cuius virtute omnia corpora dissoluũtur, putrefiunt et purificantur, & elementa diuiduntur & terra exaltatur in sale, mirabili sua virtute attractiua. & qui verò aquam aliam esse arbitrantur, ignari & insipientes sunt, & nunquam deuenient ad effectum. Item menstruum vltimò diffinitur sic: est medium coniungens inter S T V Z X Y et lapidem principaliter à quo omnia alia deriuantur & causantur.

Quæstio, cùm quo fit solutio corporum? Solutio. declaratio de lunaria D F, in qua significatur quòd D est medium per quod omnia corpora habẽt ad F transire.

Quæstio, qualia sunt vegetabilia acuentia menstruum resolutiuum ad corpora dissoluendum? Solutio D G. qualitas menstrui est calida vsq; ad secundum punctũ quarti gradus, et oportet quòd eius virtus augmẽtetur vsq; ad punctũ vltimum cum vegetabilibus calidis vsq; ad vltimũ punctũ, quę sunt apiũ syluestre, napellus,

oleander, cardus vifci, gatarabiens anacardus, squilla sola, piper nigrum, piretrum ensorbium &c. sine istis enim vis menstrui non est sufficiens, nisi per magnum tempus metalla dissoluere, quare ista sunt vnum de secretis naturæ & huius artis.

Quęstio, cum quo fit calcinatio corporum? Solutio. Declaratio huius principij.

Quæstio, quare est euacuatio corporum? Solutio G C. Euacuatio est, vt separetur mundũ ab immundo, & vt corpora deueniant ad sui primam materiam, vt inde causetur noua regeneratio, & vt sit magna concordantia inter sulfur & argentum viuum, & inter elementa, et primam materiam ad vnum finem vltimatum proprium.

Quæstio, quid est multiplicatio? Solutio C H. multiplicatio est reductio rei euacuatę super terram, vt per sublimationem spiritus mundiciæ inde oriatur.

Quæstio, quid est spiritus corporum? Solutio C I. spiritus corporum est res quæ per resolutionem à corporibus lunaria mediante euacuatur.

Quæstio, quid est argentum viuum exubera-

uberatum & quid eſt ſulfur naturæ? Solutio L M. Argentum viuum exuberatum eſt ſpiritus corporum cum lunaria ſimul tranſiens per alembicum: ſulfur naturæ eſt terra corporum ſublimata & conuerſa in terram foliatam, quæ eſt prima et proxima metallorum materia.

Quæſtio, tinctura de quo eſt? Solutio C N. Tinctura lapidis eſt de aere & igne.

Quæſtio, quid eſt oleum? Solutio C O. Oleũ eſt elemẽtum fixũ ad cerationem.

Quæſtio, quot modis fit ceratio? Solutio. Declaratio huius principij.

Quæſtio, quare eſt ſublimatio? Solutio R. Sublimatio eſt vt terra à corporibus euacuata ſublimetur in ſulfur naturæ.

Quæſtio, quid eſt lapis? Solutio. declaratio huius principij.

Quæſtio, quare eſt diuiſio elementorum? Solutio Y. Rubeum diuiſio elementorum eſt, vt ſint gradualiter & proportionaliter coniuncta terræ ſuæ vel alienæ: quia aliàs fieri non poſſet noua regeneratio, nec per artificium ſequi poſſemus naturam.

Quæſtio, quales colores habent elementa?

menta?Solutio Y.iam dictum est quòd elementa habent colorem aquæ splendidę. Non arbitretur Artista quòd diuersos habeant colores, sicut aliqui Sophistarum arbitrati sunt, sicut ignis quem dixerunt colorem habere rubeum, et aer quem dixirnnt habere colorem citrinum: nam sic ordinatum est à natura quòd ignis rubedinem non habet actu, sed quod habet potentiam rubificandi cum actu.

Quæstio, de quo est ignis nostri lapidis? Solutio Y. ignis nostri lapidis est de igne essentiali corporis, et de igne coessentiali menstrui vegetalis, ex quibus componitur vnus ignis, qui in instanti conuertit omnia metalla, iuuante se dicto igne cum vegetatiua potentia: & in isto passu cognoscit intellectus quòd elementa corporū tot vicibus distillari debent cū menstruo ad magnū lapidē, quousq; sint fixa, et nihil menstrui appareat cum eis actualiter, vt ex dictorum cōiunctione oriatur ignis cum cōditione & proprietate fulguris, repentè & eximprouiso comburens quodcunq; metallum imperfectum, et subitò aliam formam de nouo producens.

Quæ-

Quæstio, quomodo cognosci possunt elementa ex eo, quia sunt in colore confusa? Solutio. Y iam dictum, & calor primi, secundi & tertij gradus. Nã per calorẽ primi gradus datur doctrina ad cognoscendum aquam: & per calorem secundi gradus datur doctrina ad cognoscendum aerem: & per tertium ignem, ex quo vnum elementorum vult per vnũ gradum ascendere calores, per alium verò minimè. Sicut aer, qui distillatur per calorẽ secundi gradus, & non per calorem primi gradus, & ignis, qui non ascendit nisi per calorem tertij gradus: & iste est modus, secundum quem Artista potest elementa cognoscere.

Quæstio, quot modis fit multiplicatio in opere? Solutio. Quæstio figuræ abstractæ ab arbore philosophali.

Quæstio, quomodo applicabit Artista principia huius artis ad lapidem componendum? Solutio ABCDEFGHIKLMNOPQRY. Modus est iste, quòd tu capias C, & ponas in D in suo vase, & vas ponas in (T) quod hîc volumus, quod significet calorẽ primi gradus, & dimitte per septimanã. Sed antequam

quam C ponas in D, facias ipſum conuerti in E: & ſic C tranſibit in F. Et euacuata figura F, quod ortum eſt de C D (T) per triangulum, ſicut vult natura. Poſt hoc vero vas, in quo C eſt conuerſum in F, ponas in (T), & F amittet D, & conuertetur in (N), quod volumus hîc ſignificare terram, tunc accipe (N), & pone ſuper porphyriũ, & contere cum lapide demollitionis, ſicut demollitur azurium, & coo-peri propter puluerem. Et ſi (N) fuerit valde ſiccum, rora ipſum cum D, & poſt tres dies (N) incipiet conuerti in (O), quod volumus hîc ſignificare aquam cõpoſitam, in qua ſunt quatuor elementa. Diſtilla ergo (O) per filtrũ, laue, & reitera demollitionem, & dimitte ſtare, quouſque tibi videatur bona quantitas de (O), & diſtilla per filtrũ, & reitera demollitionẽ. Et ſi (N) fuerit ſiccũ, rora ipſum cum D, & ſic facias reiterãdo diſtillationes filtricas, & demollitiones, & rorationes in frigido loco, quouſque (N) totum, vel quaſi conuertatur in (O). Et ſic euacuata eſt alia figura triangularis de F (N) D, in cuius medio eſt (N), in cuius ventre ponas (O), quod oritur de

(N)

(N). Capias igitur fili (O) ſicut eſt in ſuo receptorio, & ipſum ponas in T, & (O) amittet D, & ſic (O) conuertetur in (Q), quod hîc ſignificat lapides, qui non ſunt elixir. Et ſic euacuata eſt altera figura triangularis de (O) (T) D, in cuius medio eſt (Q) prædictum. Deinde accipe (Q), & mole ſubtiliter, & pone in receptorio ſuo ad putrefiendum, & conuertetur in (O) cum medio circulo, quod ſignificat oleũ, in quo ſunt quatuor elementa. Deinde diuide elementa, vt tibi reuelauimus in magna quæſtione figuræ abſtractæ ab arbore philoſophali. Quibus diuiſis, purifica illam, ſcilicet terram per magiſterium practicę, quã Breuem cognominauimus, & alia elementa per modum deſignatum in dicta quæſtione. Igitur applices elementa ad terram, priùs aquam cœlicam, ſecundò aerem, tertiò ignem, & decoquantur per modum extenſiuè declaratum in hoc volumine, & habebis quod optas. Iſte eſt modus, ſecundum quem principia huius artis applicantur ad compoſitionem lapidis.

Quæſtio, quæ eſt differentia inter elixir

& lapidem? Solutio. Elixir est medicina composita ex aere & aqua & terra. Aut Elixir differt à lapide per crudum & coctum.

Quæstio, quales colores habet C, cùm conuersum est in O? Solutio. Si C est rubeum, habet calorem mali granati, postquam est conuersum in (O) & (P): & si est album, est viridis coloris, mixti cum nigredine, dum c cõuersum est in (O)(P).

Quæstio, quomodo imperiti Artistæ errant in magisterio lapidis? Solutio. Tota figura & processu eius errant Artistæ pluripliciter: Primò nesciunt per artificium sequi naturam: secundò, quia phantasticam habent in fine lapidis opinionem, ex eo, quia quando incipiunt, arbitrantur finire: & sic error dictorum Artistarum consistit per falsam regulationem trianguli rubei in latitudine operis, quia quilibet inquisitor veritatis notare debet, quòd compositio lapidis maioris durat per duos annos, illi qui nunquam composuerant. Si verò expertus est, durat per annum continuum cum tribus mensi-

mensibus. Aliquæ quidem sunt Branchæ, quæ in quatuor aut sex mensibus fiunt, quas poterit inuenire Artista per operis latitudinem. Et, vt notatur in practica Sermocinali, &c.

Expliciunt quæstiones omnium trium figurarum, & tabularum ab eis abstractarum, scilicet arboris philosophalis, & figuræ quadrangularis, & figuræ de S.

EPISTOLA ACCVRTATIONIS LAPIDIS PHILOSOPHORVM RAYMVNDI LVLLI

ad Regem Robertum.



N virtute sanctę Trinitatis ipsiusque infinitæ bonitatis amen. Cùm ego Raymundus Lullus de insula Maioricarũ, iam prę teritis temporibus plures libros secretos in arte transmutationis composuissem, et librum omnium librorum secretissimum de lapidibus preciosis secundum virtutes suas componerem, quæ est pars difficilior omnium quęper artẽ fiunt, tibi regi Roberto vulgari sermõe transmisi, vt certior in laborando existeres, quia sciencia omnium experimentorum est fallax, cùm inter quascumque operationes & omnino æquales, tam ex parte influentiæ quàm etiam ingenij applicatione, errores artifici videmus occurrere. Ideo ego omnes

omnes libros meæ compositionis tali stylo scribere volui, vt quantum ex me esset, ex parte scripturæ nullum in errorem cadere contingat, vt tu nosti in libris Testamenti & Apertorij, vbi omnia clarissimo sermone tractaui, quæ per artem fieri cõtingunt, quos libros puto te iã plenè perlegisse, & supremè intellexisse. Te etiã per ea quæ ibi scripta inuenies, admoneo, vt Deo summo studio placere labores, & omnia tibi in secreto artis reuelata apud te retineas, ne thesaurum inter indignos dispergas, & Deus super iudicium à te deposcat. Omnibus autem Deo dilectis precipio, si possum eis omnia communicare, quæ tibi Deus ostendere dignatus est. Cùm ego Viennam transiui, litteram tuæ manus inueni mihi à te missam, quam legens, te solertem studio percepi. Tuis autẽ mandatis propter certas occupationes acquiescere non potui. Deinde Salernum iui, vbi cùm quosdam libros medicinæ ex principijs artis ob rogatum quorundam extraxi, tu me cõtinuò littera visitasti, vbi intendebas quærere de ingenio artis lapidis benedicti, si via dari posit breuior vijs

ſcriptis in alijs meis libris. Hoc autẽ quærere otioſum mihi viſum eſt, q̃a in cuiuſlibet non intelligentis principia alicuius ſcientiæ, omnes ſyllogiſmi, & nunquam ſcripti in potentia ſunt. Quare, vt exiſtimo, ſi tu mea ſcripta intelligis, & non es noſtris vijs contentus, tibi elige breuiorẽ, mea principia amplectendo. Quæſiuiſti, quis trium lapidũ nobilior, breuior & efficacior ſit: plenè hoc aliàs in meis libris declaraui, tamen, vt petitioni tuę acquieſcerem, dico viã mineraliũ eſſe longam & periculoſam: tota enim via mineraliũ in duabus cõſiſtit aquis, quarũ vna facit lapidem volatilem, ſine labore & periculo. Alia autem cũm fixat, & ſecũ fixatur cum periculo, quia hęc aqua extrahit̃, vt noſti, ex quodã menſtruali fœtenti, immaſſati ex reb⁹ quatuor, & fortior eſt aqua mũdi omni, & mortalis, cuius ſpiritus ſolã tincturã fermenti multiplicat, & maius periculũ eſt, ne ſpiritus in ablutiõe effugiãt apud quemcunq; cũ ingenio operante. Iſte lapis cũ breuiori tẽpore & magna fortitudine conuerſionis producit̃. Lapis animalis eſt ille, qui nõ habet finẽ propter regere ele-

menta

menta, in quo maior est scientia quàm in aliquo lapide. Et ibi possunt maxima secreta naturæ extrahi, non solùm quoad lapidis cõpositionem, sed etiã ad cuiuslibet rei in alterã transmutationem, vt hoc in Apertorio declaraui, vnde effect' huius lapidis est infinit'. Lapis vegetabilis quanquã lõgus est, et quãuis sit supremę cõpositiõis, debet tamẽ sequi lapidẽ animalem, quoad rarificationem & rectificationem elementorum. Et si sic præparatur, effectus eius trãscendit animalem. Sed Elixir magnũ in vegetabili, ita accurtari potest, quod mirabile videatur cum tanto effectu transmutationis, vt omne transmutatum per lapidem vegetabilem in virtute bonitatis & magnitudinis ipsum transcẽdit propter quintam essentiam, de qua lapis impręgnatur, quæ in mundo infinita mirabilia facit. Omne autem aurũ Alchymicum ex corrosiuis fit & ex quinta essentia incorruptibili, quæ cum fermento fixatᷝ per ingenium artificis. Talis autem quinta essentia est quidam spiritus in lapide minerali mortificatiuus & viuificatiuus. In animali autem lapide aliquando est

ſumma medicina corporibus humanis, vt ſi ex ſanguine extrahatur. In vegetabili autem lapide ipſe ſpiritus quintæ eſſentię eſt reſtitutio iuuentutis, conſeruatio corporis humani àb omni corruptione accidentali, vt ſcis. Spiritus quintę eſſentiæ eſt ille, qui tingit & tranſmutat, ſi cum debito fermento impaſtatur, & ſummum & nobilius eſt, & efficacius & vtilius opus vegetabilium. Quæſiuiſti etiam de accurtatiõe. Dico, q̃ omnis accurtatio eſt diminuens à perfectiõe, quoniã medicinæ quæ per accurtationem fiunt, minorẽ effectum tranſmutationis habent. Accurtatio lapidis mineralis poteſt eſſe multiplex: ſed mihi videtur vt eius effectus nõ diminuatur, tunc ſolùm primò poſt primam calcinationem & putrefactionẽ, quæ fiunt per primam aquam bene limpidam & clarificatam viginti dibeus, minori autem tempore nihil fieri poteſt. Poſtea ſeparetur puluis in colore ſanguinis, & diſtilletur ſecunda aqua ſummo ingenio, ne ſpiritus euadat, ſecundũ ingenium datũ in Teſtamento. Et accipe ſolùm vltimã partẽ aquę poſt rubificationẽ alembici, & in ea aqua

ſolue

ſolue pulueres, locando in aqua calida, & ibi cooperto vaſe in aqua calida perſeueret die & nocte vna poſt ſolutionem. Poſtea ſuperpone alembicum & diſtilla in eo balneo totam aquam, donec non remaneat niſi quantitas aquę in pondere puluerum. Hanc aquam diſtillatam abijce, quia nihil de ſpiritu debet habere. Reliquam partem aquæ, quæ remanſit cum corpore vaſe bene clauſo in cineribus calidis congela, quo congelato fac aliam aquam & ſuperfunde, & procede vt dictũ eſt, diſtillando & congelando, & hoc continua vſque ad decem vices. Poſtea procede ſoluendo totiens, quotiens tibi placuerit, vel donec amplius ſolui non poterit. Et ſcias quòd in qualibet ſolutione completis decem ablutionibus, vt eſt dictum, corpora in certa quantitate tranſmutat in aurum. Hanc medicinam in octuaginta diebus ad maximum complere potes: in animalibus non video accurtationem aliquam, niſi vt terra cum igne regatur, & aqua cum aere, & idem valebit, & eſt medij temporis accurtatio.

Nunc ad vegetabilia venio, vbi eſt prin-

cipale intentum & ſecundum ingenium meum magis ſecurum: quia ſemper timetur in minerali, ne ſpiritus in ablutione aufugiant propter aperire vaſa, hic non eſt timendum, quia vas ante fixionem nõ aperitur. Et vt te magis ad vegetabilia teneas tibi hoc ſecretum reuelabo: accipe nigrum nigrius nigro, et exeo partes decẽ & octo diſtilla in vaſe argenteo, aureo vel vitreo per modum dictum in Teſtamento, et in prima diſtillatione ſolùm accipe partem vnam cum dimidia, et hanc partem iterum diſtilla, et eius recipe quartã partẽ, et tertiò diſtilla, et eius recipe duas partes, et in quarta diſtillatione parum vel paucum minus quàm totum, et ſic diſtilla illam partem vſque ad octo vel nouem vices. Poſtea habeas duo vaſa facta ad modũ picturæ geminorum, quorũ quod libet habeat alembicum annexum, & in vnoquoque alembico ſit magnum foramen, vt botia intret, et ſit æqualis ſpiſsitudinis ad vnam palmam, et alter alembicus intret in botia: hoc autem ideo fit vt firmiter in ſimul poſsint collocari. pone igitur in qualibet botia vnam libram huius

aquę

aqua & vnciam vnam fermenti bene et optimè purgati & foliati, et habeas furnum cum ingenio factum, vbi vnus ignis carbonum poſsit per brachia furni temperatum calorem partiri, vbi colloca vaſa tua, et fac ignem, et eſt hoc ingenium excellentiſsimum, quia hic ignis non poteſt fieri maior quàm neceſſe eſt. Tunc enim quando ampullę ſenſerint calorem, ſtatim ſoluitur fermentum, tunc liga circumquaque ad cannas alembicorum, quæ cannæ ſint amplæ circa alembicum, et bene ſpiſſę, & vbi intrant vaſa, bene ſint ſtricta, & illas ſpongias tene cõtinuè madidas cum aqua frigida. Et ſolutiõe cõpleta, cõtinua ignẽ, & videbis aſcendere totũ fermentũ ſolutũ cũ aqua ſua, & diſtillabitur de vno vaſe in aliud continuè, etiã cum hoc ingenio apparenter videbis qualiter quęlibet libra bis diſtillabit̃ in die et bis in nocte, et remanet cõtinuè vna libra in quolibet vaſe, ita quãtũ aſcẽdit de vno vaſe, tãtũ intrat de alio. Et cùm ſic videris aſcẽdere et deſcẽdere cum æquali igne cõtinuè, videbis qualiter ratiõe coloris inſpiſſat̃ & ſubtiliat̃ ſpiritus, et hoc eſt miraculũ huius artis: quia

ſi

ſi diu ita diſtillaueris continuè, ſemper aqua aſcendit in gradu ſubtilitatis & acti-uitatis, & continuè propter fermentum inſpiſſatur, ergo in quanto talis diſtilla-tio fuerit leuiori igne, erit ſubtilior ſpiri-tu & fortitudine, & ingroſſatur continuè fermento. Hunc autem modum tene vſq; ad viginti, vel viginti duos dies, & inſpiſ-ſatur quinta eſſentia aquæ huius benedi-ctæ, ſic quòd ampliùs non aſcẽdet, & cum fermento fixabitur, & in lapidem conuer-tetur. Et cùm videris hoc, ambo vaſa ex-trahe, & ſic ſimul loca in fimo vel balneo: & iterum ſtatim in vna nocte ſoluetur, & iterum congela. Et hoc fac ter, & ampliùs lapis manebit in Dei virtute & potentia exaltatus, quòd bene congelari non po-teſt, quoniam vt oleum videbitur aliqua-liter inſpiſſatum, & hic eſt precioſior mo-dus omnibus. Tamen ſcire debes, quòd ſi fermentum album poſueris in decem die-bus cõgelabitur quinta eſſentia ſuper eũ, eò quòd res eſt multùm groſſa, terreſtris & firma eſt in Luna. Sed non ita citò ſolui-tur poſt complementum fixionis ſpiritus quintæ eſſentiæ, ſicut in Sole: vnde quaſi

in fine

in fine complementi tempus non est diuersum in albo & rubeo: & Deus nouit, quòd hic modus in effectu subtilitatis & virtutis & bonitatis cunctis operibus mundi est subtilior, & melior, quanquam illas proprietates Elixir non habeat, quas philosophi Elixir habere affirmant: puta, quòd si hanc medicinam completam miscueris cum quouis metallo, & postea hoc metallũ metallo, quòd transmutatio fiet secundum primum principium: puta, si iunxeris medicinam Lunæ, & postea Lunam Soli, quòd Sol cõuertetur in Lunam. Hæc proprietas in nostra medicina sic cõfecta, non reperitur, quia iam quinta essentia, quæ totum lapidem cõponit, quoad eius motum & tincturam est fixa, & firmata in fermento sibi adiuncto, & fixatur semper, atq; firmatur secundum fermentum sibi adiunctũ, sic, quòd facit transmutationem secundum hoc fermentum. Sed si velles facere medicinam vniuersalẽ secundum dictum modum, non oporteret te facere fixionem quintæ essentiæ super aliquo fermento, sed super propriã suam terram, & tunc cum metallo coniungere,

tamen

tamen hoc mihi nunquam placuit, quia talis fixio eſt multùm periculoſa & longa, & rarò terra propria eſt bene naturalis, et ſi bene naturalis eſſet, tamen effectus eius poſt complementum eſſe non inuenitur tantę efficacię & potentiæ, ſicut hic, quando quinta eſſentia ſuper altero fermento fixatur, vbi cito fit fixio & effectus citus et fortius. Si cauſas ſcis vt putó, quare medicina tranſmutat, me verum dicere affirmabis: tene ergo te hic, meum ingenium tibi notum feci.

Et ſcias quòd peracta decima diſtillatione, ſi in ea aqua ſolueris aurum, vt poſtea euolare aquam miſeris, lento igne, & aurum demum in humido loco vel balneo locaueris, ſtatim in quatuor diebus per ſe ſoluetur. Et hæc ſolutio eſt aurum potabile, habens infinitas virtutes, vt in libro conſeruationis humanę vitę ſcripſi: inſuper ſi cum illo auro ſic ſoluto bene miſcēdo impaſtaueris Mercurium ſepties ſublimatum cum vitriolo, et ſi fuerit pars vna auri, ſeptem ſint argenti viui, & poſtea ſublimaueris impaſtatum aliquibus vicibus, ſemper ſublimatum ſuper feces reducendo,

reducendo, fixabitur Mercurius in medicinam penetratiuam & tingentem. item aliud miraculum, ſi vncia vna huius auri ſic ſoluti per ſe poneretur in igne lentiſsimo octo diebus cum centum partibus Mercurij, congelaret totum in aurum: hæc enim mirabilia ſunt in natura, & tamen hoc totum venit ex parte ſpiritus aquę, quæ in ſolutione auri cum auro inſeparabiliter fixatur, et poſtea per ingenium altum poteris miſcere modos mineralium et vegetabili m, & medicinam altam via breui in hunc modum componere diſtillato lapide vegetabili vſque in eã diſtillationẽ, quòd tota aqua ſine phlegmate ſit, et hoc in quinta vice cõtingere ſolet: habeas tũc optimi vitrioli bene lucidi et optimi cinobrij inęquali põdere, et ſimul miſcẽdo, peroptimè tritura, & in ſole exſicca, & poſtea circa carbões, ſic quod tibi videatͬ, ꝙ tota aquoſitas exiuit tũc cũ ſiccũ eſt proijce intꝰ aquã tuã, & d tilla igne lẽto in principio & in fine forti ri, vt moris in aqua philoſophorũ acuta & ſpiritus quintę eſsẽtiæ vitrioli et cinorij, vel antimonij, qui principaliter cõſti

tuunt

tuunt lapidem mineralem, miſcebitur & coniungetur cum ſpiritu quintæ eſſentiæ aquæ noſtræ ardentis benedictæ, qui ſpiritus eſt anima lapidis vegetabilis, vt tibi notum eſt: & hoc continua vſque ad decem vices, puta à quinta diſtillatione incipiendo, & ſic in iſtis corporibus continua diſtillationem quinquies, & habeas mente, quòd res tuæ ſint optimè exſiccatæ et aridæ, antequam in aquam proijcias: ſic, quòd tota aqua ſit exſiccata, & ſolus ſpiritus remaneat, qui per fortitudinem ignis ſpiritui aquæ ardentis coniungantur, et in qualibet diſtillatione nouas res imponere debes, et cùm perfeceris decimam diſtillationem, computando à principio diſtillationis aquæ ardentis, impone aurum in pondere, vt ſuprà dictum eſt in vegetabilibus per ſe, & loca in furno, componendo ſingula, vt dictum eſt: et tunc videbis mirabilia, quoniam in decem diebus complebitur tota fixio eius, quæ in ſimplici vegetabili in viginti quinque non completur, vel vix: et hoc eſt, quia vnus ſpititus ingroſſat alium. Et quia ſpiritus quintæ eſſentiæ vitrioli

trioli est magis fixus & grossus, quàm spiritus quintę essentiæ aquę ardẽtis, et etiã maior est concordantia inter spiritũ vitrioli & naturã auri: quia ambo ex eisdẽ principijs, cùm mineralia sint, trahũt originem. Ideo spiritus vitrioli cõiunctus spiritui aquæ ardentis inspissat eũ, & adhærere facit eum citò metallo, vt secum fixet. Et crede mihi, ꝙ hęc accurtatio est prȩexcellẽs in arte, quantum ad aurũ Alchymicum, nõ tamen quantum ad virtutem medicinalẽ. Aduerte ergo, quare philosophi infinitas præparationes posuerunt, puta calcinationes & solutiones &c. Et hoc totũ fecerunt, vt spiritus quintæ essentiæ bene possit coniungi fermento. Et fecerunt multas reiteratiões, vt spiritus iam cõiunctus corpori, in alia operatione eã fortificarent per aliũ spiritum. Et sic fecerunt vnã aquã, & calcinabãt corpus, & dixerunt spiritũ adhærere. Et fecerunt aliã aquam, & soluebãt, & iterum coagulabant &c. Et sic fatigauerunt multis diebus, antequã aliquã medicinã ꝑduxerunt. Et hîc tibi notum est, qualiter ipsi diuersis operatiõibus & maximis periculis quęsiuerunt, ꝙ hîc multo meliori ingenio, puta vnica actione cõpletur. Et necesse est hanc medicinã esse optimã &

meliorem, quàm si per suos modos expleretur, quoniam in singularibus aquis pauci sunt spiritus, & quãdo agunt, agunt solùm in extremitates, & alij spiritus cũ illis fixantur, & res grossę, sic quòd medicina erit aliquando fugitiua, quia spiritus non sunt in intimis fermenti, sed in extremis, vbi spiritus fixari nõ possunt. Ideo &c. Et sic facta fixatione, procede per solutionẽ per se in balneo, vt dictũ est in vegetabili. Sed est sciendum, quoniam hic lapis ex mixtis nõ soluitur ita citò per se, sicut vegetabilis, tamen citiùs soluitur quàm mineralis per se, & sic tenet medium, & solutio eius est in nouem diebus: & oportet reiterare has solutiones, quę in balneo fiunt per sę aliquoties, & etiã fixiones, vt medicina plus penetret. Vnde medicina bene penetrans & fixa est, quæ bene transmutat, & in quanto plus penetrat, citiùs corporibus cõiungitur, & exit maius Elixir. Iam omnia breuissimè modo possibili tibi scripsi. Sed vt omnia breuissimo modo mihi possibibili tibi scribam, scire debes, quòd ex plumbo philosophorũ extrahitur oleum quoddam aurei coloris, vel quasi, cum quo si lapidem mineralem, vel mixtum, vel animalem post fixionem primam

mam soluerís tribus aut quatuor diebus, vel vicibus, excusabit te ab omni labore solutionum & coagulationū. Ratio est, quia hoc est oleum occultum, quod facit medicinam penetrabilem, & amicabilē & coniungibilem omnibus corporibus, & augmentat eius effectum vtra modum sic, quòd in mundo hoc secretius eo non est: vnde mirabilia dico, quòd omnibus antiquis philosophis incredibilia forent, scilicet quòd si scieris hoc bene ab aqueitate separare, & laboraueris in eo ex modo mixtionis iam dato, poteris in triginta diebus lapidem componere. Hoc autē oleum nō est necessarium in vegetabili per se, quoniam solutiones & coagulationes ibi, vt dictum est, citò fiunt, tamen si fieret sublimatio ibi, credo tincturam lapidis multùm ampliari. Non puto accurtationes esse, quas in ista parua epistola tibi non declaraui. Elige igitur ex ea intentum tuum, laudans Deum, qui viuit in secula seculorum Amen.

Finis epistolæ Accurtationis Raymundi Lulli.

TRACTATVS DE AQVIS, COLLECTVS A QVODAM STVDIOSO ARtis ex scriptis passim librorum Raymundi Lulli super epistolam eiusdem, quæ Accurtatoria nuncupatur, & primò de aquis mineralibus.



Filii, duæ sunt aquę extractæ ab vna parte naturæ, in quibus consistit totũ secretum lapidis mineralis: quarũ vna facit lapidẽ volatilem, sine labore & periculo: alia eũ fixat, & cum eo fixat̃ ad operatoris velle. Hęc aqua extrahitur ex quodã menstruali fœtẽti immassato ex rebus quatuor, & fortior est aqua mũdi, cuius solus spiritus tincturã fermẽti ampliat, &c. Qualiter hæc aqua fiat, habes in Testamento iuxta principiũ, in Cap. quod incipit, Tu in virtute de A accipe vnã partẽ de D: & etiã in Magica, in Capitulo, Germina capillorũ collige. Modũ operandi cum ea in epistola accurtatiõis reperies, in Cap. quod sic incipit, Tota enim via mineralium &c. & etiã in eadem epistola, quę sic incipit, Accurtatio lapidis mineralis potest &c.

De aqua vegetabili.

Filii, sic pariformiter vna est aqua, facta p artem, quæ succus Lunariæ dicitur, per quam

quā tota virtus lapidis vegetabilis cōfirmatur, quæ alio nomine Mercurius vegetabilis, cœlum, & quinta essentia appellat: cuius aquæ est duplex virtus, scilicet lapidem volatilem facere, & cum eo fixari, & fixum red dere artificis ingenio. Et qualiter hæc fiat, habes in primo libro quintę essentiæ, in Capitulo, Nō reputes me mendacium dixisse: & in Anima transmutationis metallorum, vbi ipsa aqua menstruum vocatur, sine quo nihil fieri potest, in Capitulo quod incipit, Liber pręsens diuiditur in duas &c. & in Capitulo, Sed tamen oportet te priùs princeps serenissime: & in Testamento practicali, in Cap. quod incipit, Accipe duas vncias de G vegetabili. Similiter habes in epistola Accurtationis, & etiā in Magica, in Capitulo, quę ambo incipiunt, Accipe nigrum nigrius nigro &c. & in alio Capitulo Testamenti de ista aqua inuenies, quod incipit, Tu accipe de liquore Lunariæ &c. Modū operandi habes in epistola Accurtationis, in dicto Cap. Accipe nigrum &c. Similiter eius operationem habes in Anima metallorū, quod incipit, Tu in virtute de A Princeps serenissime accipe aurum &c. Licet de illa operatione maiori ad præsens non curemus, sed de his

quæ per accurtationem fiunt. Et similiter
hæc est aqua in Anima iam dicta, in Capi-
tulo, Opus nãq; margaritarum sic cõdies. Et
etiam de ea videbis in tertio libro quintæ
essentiæ, in practica arboris philosophiæ,
vbi dicitur, Recipe vinũ rubeum vel album.
Et non multò pòst, in practica Sermocina-
li, in opere minori, in Capitulo quod in-
cipit, Modus liquefactionis est iste. Etiam
de eo habes in eodem libro, quinta quæ-
stione, de quæstionibus abstractis à figura
S, vbi quærit quid sit menstruũ vegetabile.

De mixtione aquarum.

SIc fili duæ sunt aquæ ex duabꝰ naturis mi-
xtis simul vnà facta, in qua totum secretum
mixti lapidis occultat, quę simul mixtæ vnã
naturã bipartitam habẽt, scilicet lapidẽ sol-
uere, & volatilẽ reddere, & cum eodẽ fugi, &
fixũ eum facere. quomodo hæc aqua fiet, ha
bes in Testamẽto, in Cap. quod incipit, Fili
tu accipies vnciã vnã de G vegetabili. Et in
Magica, vbi datur ignis cõpositio contra na
turã, in Capitulo vegetabilis aquæ acuatæ.
Et principalẽ eius cõpositionẽ habes in epi-
stola abbreuiationis, in Cap. quod incipit,
Distillato lapide vegetabili &c. Modũ ope-
randi cum ea, & accurtationẽ eius habes in

Magica


Magica, vbi dicit, Occulta Lunę philosophorum solutio, in Capitulo quod incipit, Vegetabilem ignem solutũ &c. Eandẽ practicam habes in epistola abbreuiatiõis in præallegato Capitulo quod incipit, Distillato lapide vegetabili, lege vsq; ad finẽ, & habebis secretũ eius, quod nemini debes reuelare. Fili simili modo sunt duæ aquæ extractæ ex vna parte naturæ, sed per alterationẽ ingenio Artistæ factæ sunt vna vnius, & altera alterius virtutis & naturæ, quamuis in materia, ex qua in nullo discrepent in suo principio, in quibus, seu per quas cõficitur totũ op' lapidarij preciosi. Hæ aquę fili sunt artificis industria virtutibus cœlorũ naturaliter imprægnatę, quę faciunt eorũ potentia fieri multa mirabilia, postquã in ꝓprijs retinaculis sunt introductæ, ita ꝙ vna earũ facta sit in virtute terrea cõstructiua, & virtutẽ habeat, & naturã in preciosum lapidẽ cõgelandi. Alterã, quæ constringibilis est & aerea, & hæc solo odore spirit' eius sine calore ignis, sicut videre poteris in Lapidario, in Cap. quod incipit, Quãdo volueris facere lapides. Et etiã in Anima metallorũ, in Capitulo quod incipit, Carbunculus est rex. Sic etiã spiritus eius aquæ, quę constrictiua est,

& terreæ naturæ, suo odore arg. viuū vulgi congelat in probatissmū argentum sine calore & sine igne, melius quàm si de minera esset extractum, sicut Basiliscus visu omne animal interficit in instanti. Hæc occulta fide affirmat se Raymundus fecisse, qui omnium, quæ per artem hanc fiunt, magister fuit, & specialis interpres, vt de hoc in Anima metallorū dicit, in parte illa, vbi tractat de practica lapidis philosophorum, in Capitulo quod incipit, Accipias igitur in nomine Christi de spiritu illius aquæ: de spiritu eius aquæ etiam loquitur in Lapidario, in Capitulo quod incipit, Fili tu recipies feces materiales &c. in fine. Quomodo autem eæ aquæ fiant, reperies in Anima metallorum, in illa parte, vbi tractat de preciosis lapidibus, in Capitulo quod incipit, Cùm igitur metalla resoluta fuerint. Et in Lapidario, in Capitulo quod incipit, Demonstratio practicæ huius operis: & in Capitulo sequenti. Nota hæc, & laudabis Deum.

FINIS.

Metallorũ Materia ē̃ fumus albus.
procedens ex quadã terrea substantia
mercurio mixta: qui per vim sulphuris
nõ urentis calore elementari coagulatr
in terrã albumam, Hec deinde terra
per aquã fluente in visceribz terre
soluitur in mercuriũ vulgi; quæ
deinde solutio siue mercurius
congelatur in Mille annis in metallũ

Philosophi natura imitantes eidem vel
quadam substantia a deo sibi mon-
strata siue reuelata, per calorẽ ignis
naturalis excitant eundẽ fumum
albũ metallicum: quem sũmo ingenio
capiunt et coagulant: eum itaq soluunt
ut facit natura, et congelant breuj
tempore, coagulatũ dicitr lapis phorũ.



Praxis Raimundi in lib
Quaestionum abstractor a
figura de S.

Accipias C (hoc est corporis lapidis)
et ponas in D: (h. e. in aqua suam
in suo vase, et vas ponas in T.
h. e. ignem primi gradus, et dimitte
per septimanam, intellige per 7 horas
et antequam C ponas in D. facias
ipsum converti in E. h. e. quod sit
bene calcinatum, et sic C. transibit
in F. h. e. solutione corporis, et erit
creata figura F. h. e. dissolutio,
ortum est de C.D.T. h. e. quia
solutio facta est in igni primi gradus
corpori et aqua, per triangulum
ut vult natura. Post hoc vero vas
in quo C conversum est in F. ponas
in T, et F amittet D.. h. e. ... in
solutione recedet D. h. e. aqua, et
convertetur in N. h. e. in terram)

De Metallorum generatione

Cum DEUS opifex rerum aquam separavit
a terra ut patet Genesis. 1: terra coa-
gulata est in globum. Sed quia in tali
coagulatione aqua non est penitus exclusa
ut patet in terra lignum facta fusaque super aquam
in vermiculis bullis quibusdam aqueis: Sic etiam
etiam in terrea substantia; Talis itaque
aqua se simplex fermentat ita ut illa alia
quieta non superveniret aquae, a calore
subterraneo cogitur: et generationis
duplex fumus exhalat, terreus videlicet
et aqueus (talis enim est aqua Chaos)
Ille fumus transit per viscera terrae quaerens
locum ubi inspissari possit; Illo itaque invento
coit in unum et fit aqua rubea sive coagulata
Ubi si fuerit calor conveniens nec subvenit
haec aqua alia aqua pluviali superveniente
digerendo coagulatur in aurum [illegible]

Si Vreo calor [illegible] fuerit minor, fuit solum in argentum coagulatum; quia calor non erit sufficiens ut colorem auri attingat.

Si Vreo fuit simplici materia, super venerit terra et aqua in munditiis, fuit licet ibi calor fuerit, tamen propter immunditiam coagulatum in Cuprum

Si Vreo materiae super venerit impuritas et defuerit calor competens fuit generatum ibi plumbum,

Si Vreo materiae minor super venerit terrestreitas fueritque ibi calor ut in plumbo, generatum ibi Stannum.

Si Vreo adhuc minor ibi superuenerit frigiditas, magis Vreo aquositas, calori
non ~~[illegible] deficiente~~, generatum argentum Vivum
sufficiente

Si Vreo ibi superuenerit magis terrestreitas quam aquositas, calore magno generatur ibi ferrum


Si Unum ~~ejus~~ superius ~~calor~~ sulphuris calor
~~non sufficientes~~, ita ut non digeratur
materia, sed ut coagulatur, fuerit
generatur ab lapis vilis pretium

Hic lapis itaque non aliud requirit
quam ~~[illegible]~~, ~~ipse lapis~~.
~~[illegible]~~ dissolutus in aqua, et in illa
dissolutum ☉ vel ☾ fiet elixir
sive lapis gratis

Sed considerandum est quod sit ☉ et ☽
creato non vulgaria, tria namque
sunt lapides per similia ß

Mercurius ex istis in lapide [illegible]
et hic est prima pars volatilis
Arsenicum ex Metallo [illegible] extractum
per sublimationem [illegible], et fit aqua una;
quae si coagulatur fit lapis albus
sive fixus
Sulphur fixum, id est ☉ [illegible]
sive Antimonium Magicum
fixiones lapidi [illegible] vinculum
quo extinctus in [illegible] operationis lapidis

Duae sunt substantiae quae dant
Principiu et esse lapidis,
Una illar spacio munitur, altera
nullo comparata spacio
Haec per se no solvitur. Illa econtra
Communitate bonae probent solutionis
Una illar dicitur auru, altera argent
Una habetur pro masculo
Altera p foemina
Foemina cu masculo pariunt filiu
quia ambo in uno sunt subiecto



mpectin

Compendium in Libellum de secretis Antimonij Alexandri de Suchten

Per

Valentinum Stekeru Chytmicensem

Cap. 1.

Es ist nicht etc.

Cur Antimonij originem non scribat.

Notandu[m] n[on] si pati[er] semel originis eius, necesse esset ut generatione Metallor[um] etiam producerem in lucem, e quo et operatio lapidis philosophici manifestantur: Sed quia hoc omnes celaverunt Philosophi, eorum more et ipse facit

Do Viel mag etc.

Antimoniu[m] Metallum non esse.

Siquidem Metalla e certa sua forma et materia generentur, Antimoniu[m] vero e Materia diversa est, et non e eadem forma: ergo id no[n] esse Metallum probat

Antimonium materiam esse metallicam

Vapor Mercurialis dum a sempiterno humido [illegible] Vaporibus Sulphureis, efficit Metallum; [illegible] in Generatione Antimonii idem Vapor Mercurialis [illegible] metallorum materia, miscetur Sulphuri [illegible] sed non metallico [illegible] idem Vapor [illegible] Metallorum Vapor: sed quia mistio [illegible] alia fit, ipse [illegible] generatur talis

Cur non sit metallum

[illegible] definitio hanc quaestionem absolvit

Sulphur Antimonii

Antimonii Sulphur in hoc differt a Metallorum Sulphure, quod continet in se divinam quandam, Sanans corpora humana quod ab ipso, praeparatione extrahitur: Metallorum Sulphur autem id facere non potest. Unde Antimonium [illegible] corporis imperfectum dum [illegible] [illegible] [illegible]

Drysser hat de Laturny Philosophicus Mediciné Ost.

Rasis, scribit Solem et Lunam in plumbo continerj, in potentia, non visibiliter. Et Pitagoras: omne Secretum in plumbo est. Per hoc plumbum Antimonium intelligunt Philosophi.

Also lerrt auch de Aureum Medicinae de Antimonio

Exemplum in dicit quod ad modum e Marcasita vel quibusvis metallorum extrahitur suum humidum radicale, sic e Antimonio Aureum Medicinae. quod a multis annis quam plurimi quaesiverunt

Drusskrist de Alchimia Vera

Hanc esse Veram alchimiam, quae in Antimonio operatur, per videlicet extractionem quintae essentiae omnibus. Unde quam Metallistae tam Medici, si in hac Materia operantur, architectam Vere quaerunt, describit.

Falsch alchimi: Alchimia falsa

Cum vero hanc doctrinam multa libera sonum accipiunt solum, ita ut in indebita opera, illi errant mali quaerunt

in den bereitung Antimonij Praeparatio

Nisi praeparata Antimonium nullius valoris, quemadmodum commixtio metallorum, sic Mercurius debet extrahi ab Antimonio

vom Quecksilber Mercurij Extractio

Hic extractio quo docet qualiter fiet sed ut quiddam agitur in negativa misceam aquam Mercurialem, tot viribus donam perveniat ad albedinem lumi, in infra ... patebit

Von scheidung Splendor Metallicus

Docet qualiter preparetur Antimonium sic videlicet non calcinatum in igne: quia Splendor Antimonij periret, sed ut splendor eo magis extrahatur e contra ad sufficientiam coctionem, ut supra ... purgando ... quiddam ...

Signa Mercurij Philosophi
mit dessen Zaichen etc.
Si cum Antimonium per se supra notatas
calcinationes pervenit usque ad albedinem
Lunae, tunc per ligni fortionem separa-
tur Mercurius a faecibus, in quo Ani-
mad philosophorum occultatur, Quomodo
autem sit Mercurij fugitivi voll
coagulatio, in sua tractabitur

Secundum Caput

De Mercurij Phorum Veneno, calore, eiusque Sulphure, atque de Antimonij Vitro.

Vom Mercurio etc.
Licet Mercurius per Spiritum
doctrinam extrahatur: tamen nondum
est Medicina sed Venenum ob suam
videlicet crudititatem.
Obrachen etc. Mercurij cruditas Veneni
Siquidem et vero, materia gignitur
Mercurius Philosophorum, et quia gignitur
Mercurius Vulgi, tamen ... per se

~~perfectiori~~ cruditate, imo majore hic
esse cruditate quam in Mercurio Vulgi
quod probat amalgamatione illius cum
auro: Et eiusque maiori calore in hoc ☿o;
quam auri irum in amalgamatione
illo fit eo magis mollius, ita ut id
multa fieri adhaerent in illo fabri Vatra
quod ☿o Vulgi non evenit.

Dan die Mercurius Philosophorum calor
heisst das
procedimus desinitio suum calorem
emulcamus

Also ist Qualis sulphur huic Mercurio
☿ii adhaereat,
Notatum ut supra nobilissimum
sulphur adhaerere huic Mercurio
licet in perfectum fuerit sit prae
dictam praeparationem mundificatur
efficitur arcanum quod sulphur ☿ium
tingit, et transformat in medicinam
famosissimam, quia mundo comparan
di nequit

folt ainsz Mercurij Sulphur Spiritus
Notandum quod hic Sulphur non corporis sit sed Spiritus, quia cum ☿ sit separatus a sua terra in qua sit Spiritus latuit, mercurium argento vivo nondum est medicina: Potissimum si nondum fuerit a fecibus suis separatus Vnde Vitrum antimonii magis est fatuitati obnoxium
Mercury attractiva venenosa
Dan dis attrativa etc.
In Antimonio terra venenosa est quod infirmitur supra modum
Dan ob dis Antimony Vitreum
Crudam imperiti calcinant Antimonium fundunturque in Vitrum, credentes hoc esse Antimonii verissimam medicinam: sed falluntur; quia in Calcinatione [illegible] Splendorem et formam Antimonii, qui erat in vitro, et remanent in fundo fixo venenosi, cum Spiritum non nobili: [illegible] quod optimum
[illegible]

vel quomodo ex eadem [illegible] venenosus: Et licet vitrum [illegible] aliquando [illegible] in medicina [illegible] non [illegible]: tamen id non est verum [illegible] medicina manifestum [illegible] causa [illegible] quia [illegible] spiritus [illegible] dicitur medicina, non cum forma [illegible] venenosa [illegible] [illegible] sed cum forma [illegible] antimonii quae non [illegible] debet: [illegible] a contrario [illegible] ad [illegible] [illegible], et sic [illegible] solutio [illegible] a [illegible] ut supra [illegible] declaratum.

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quid per calcinationem antimonii fiat
[illegible] [illegible] [illegible] liquidat.

forma metallica retinenda
[illegible] soll die forme [illegible]
[illegible] supra [illegible] forma cum sit [illegible] metallorum, per [illegible] [illegible] [illegible]

25

de fonore forma Antimonij ignis

Aliqui dictum antiquorum, fixi ablutionis per essentiam ignis, et contra ablutorum comminutione aliq absentia: Unde y pro calcina-tione vel aliam viam querunt, male querunt

Digressio in Galenistas qui Medicamentis paracelsi utuntur nondum intellectis.

Secundo Gallenistae alijs utuntur Sublimationibus et operationibus quam postulat natura: qui suis vanis passim scriptis quam plurimos errare fecerunt: Volentes namque opus Antimonij sancire infirmis, ne etiam ut primo considerent quid sit Antimonium quidam in se contineat non quidem vitrum sed Sulphur illud Animae

Ich sags nicht und lern mich 25

Redeo ad mercurij confectionem qualiter preparetur Antimonium non ut sit oleum, nec aqua, sed mercurius

lis et non digestis primo, quia in stomacho turbat Archeum, qui illum una cum in fecib. expellit.

Nun ist der archeus ein Intelligentia docet qualiter Archeo mediante Deus ciborum conuertat cibum in corpus hominis, in fecibus ... arcitur. Jellas stomachi et membris.

Cap: 3

Cur non plura de Mercurio philosophico tradiderit, quam Chimistae ista perfecistent. De appellatione huius Magisterii varia, De instrumento Medio, et vera Mercurii philosophici digestione, stella signata.

Also ist geboren der Mercurius ...

Ita Mercurii philosophici lunis eximii esse nobilissima creatura post animam rationalem; sed quia volatilis est ab ignaris non observatur; sed Deus suo videlicet Instrumento, coelo videlicet illum fortificat, ut fiat in illo digestione ...

Ich hett Ursach genueck von

Declarat cur non plura de hoc Mercurio scripserit, cum videlicet ob causam, quam Sophistae operationes pessimum Magistris lucubrationibus habuerunt, ita ut quam primum illos perceperint aliquid operari illa Magica operari, mox sibi persuaserunt se fuisse victores fore.

Ist mir aber leydt von

Quandoquidem ob Sophistas celari cogitur arcana huius artis, ei dolere dicit, quod Studiosi spoliantur divino munere hoc

Und sage weitter vom Mercurio von

Redit ad Mercurii perfectionem, allegans quemadmodum videlicet primum ~~a~~ immatura, non fuerint sudenia, nisi per coelum coequata, sic ℥ig nostrum non nisi coelo coagitari et fixari debet: ex iis ortis coloribus primi, secundi, tertii et 4ti gradus, tam balnei mariae, quam in cineribus.

Dur dirst ein schöne birn &c.

Exemplum a Piro liberit in fruc-
tum immaturo decerptum stypticum in
gustu; si vero in arbori permanens
maturus conniventi, bonum sapit. Sic
mercurius noster non ignibus artificialibus
digeritur, sed ut ante dictum est, coelo.

Also geschicht auch dem alchimisten &c.

Jam adest alchimistes qui variis ultimi
fuerint, credentes igne subtili talem
fieri digestionem perfici posse, nec confidi-
centes enim tali igni nihil proficiunt.

Ist aber ein grosser Irrung &c.

Illud discribit qui errant in igne, quod
non observant DEum alio igne uti,
et quidem mediante operando, instru-
mento videlicet suo, id est coelo

Was zeitigent das korn auff dem &c.

Desserit quechter omnia, Dei ignis
Sol et Coelum, maturiora facit

Nun aber wöllen wir underweisen etc

Maturationem Mercurij describit, quali videlicet igne eum facere quemque maturum, et unde hic ignis non per spiritus haberi possit: Certe non invenitur in philosophorum libris Sed per operationem dexteram ac propriam industriam invenitur; nec [illegible] ut quispiam hanc operationem [illegible] a [illegible] capiat: Donum Dei est.

Es kombt warlich keynem etc

Certe ut supra ostendatum nulli hoc excellentissimum arcanum tam temere contingit.

Also haben die Magi etc

Perplurimi sunt Magorum libri, in quibus hoc Magisterium tractatum a quolibet intellectu [illegible], sed interprete indigentes.

Das muss aber gesagt etc

Declarat quomodo hoc misterium appellaverint, videlicet; lapidem philosophorum, Lapidem benedictum, Lapidem Sancti[illegible]

Astronomj Solum ..

Nun diese Namen alle seind hab &c.

Varia sunt huius mysterij nomina ab antiquis quinta essentia dicitur: quia ab omni impuritate seperata est.

In dieser beschreibung kommet &c.

Examinat quid Paracelsus de quinta essentia intelligat: et dicit hanc esse Vitam Creaturarum. Sed non in omnibus est corporalis, in Metallis duntaxat est haec Vita corporalis

Vnd mag vnmittleher geschriben &c.

Docet qualiter Ignis huius Magisterij Vita est: licet non omnis Vita, sed Vita corporalis. Vnde noster ignis nihil efficit, sed ignis producit omnia operatione et quidem mirabilia.

So du nun wollest fürwerffen &c.

Si quis obijceret quod pauci aliquid in alchimia perfecerunt, causa est quia non observaverunt terminos Magorum.

Sed magis Mos mortiferj [struck] sunt.

Dis alchimia ist ein Reine Jungfraw etc.

Gemma tamen virgo, hominis retinere
cessant, ni atatis dum tegat ausit
habere: Ratio hic nil efficit, Igitur
si quis Iucta operis Magi naturae
operatus fuerit, finis optatus obtinebit
quia Praemissionem operationis Artificiae
Sed finis diminis e procesit

Nun geschicht die wirckung der gestalt.

Quinta essentia Potentia dei est:
Si namque mercurius depurati fuerit
Sine mora mouentur illa, et quum
regeneravi facit ut iam non amplius
mercurius sed 2ma appellatur.
Alligat Deum Creatorem, qui unico
Verbo coelum et terram creavit.

Do ist das Magisterium etc.

Ostendit qualiter frigida essentia
suae separationi, manifestat occulta

Penetrans videlicet substantiam
metallorum, citra ipsius artificiale,
Vom dritten Dir quinta essentia: Et
signatur 5 essentia ipsa Vita a pene-
trando mercurium cito mercurium
transmutat, Ut idem quidem ipsa etiam sit
Vita. Sed notandum quod non ignis sophis-
ticus hoc perficit, sed quintessentia ipsa
Dei operatione, mediante instrumento suo
Von der kunst kommet sich Paracel: Et
Requisita in hac coagulatione sine re-
generatione quaedam signum apparat, videlicet
scilicet: Paracelsus [illegible] dando dicit cum
donum perfectum Dei descendens a Patre lu-
minum.

An diesem Zeichen sollt Ir [illegible]
Vide signo [illegible] praefixa [illegible] digestio
digressitur, [illegible] mediante 5. contra-
hit omnium in Regeneratum, ita ut Veni-
num factum sit Medicina citra ullam
separationem elementorum.

Darumb ist eines artzt Vermöten. D

Hystoriae Regenerationis cognitio medico necessaria est, ut sciat quod amplius cum tali sit operandum, quod Promittit autor S. Beim in Lucem editurus.

Cap 4.

De forma Lunae de auro potabili sive per eorum sulphure: deque Vita hominis duplici cuiusque in Lunae et quemadmodum ex Luna Medicina aurum Medicorum faciat.

Nun komme ich zu dem Herbst. D

[illegible]

agricola [illegible] fructum suum primo [illegible]

tantum [illegible] a stipula [illegible]

[illegible] primo [illegible]

[illegible] aurum [illegible]

Docet operativa et regenerari facit Spiri-
Regenerationem Metallorum separari debet
Spiritus formae Lunae a Sulphure Rubeo
quondam quaerimus.

Wie im andern Capitel angezeiget etc.

Docet quomodo formae metallicae de quo-
rum constitutione sit; quemadmodum in Spiri-
tibus et dolorem quod non omnis
artificiali coagulari debet, sed solum
a crudis in sufficienter extracti, cum sit
metallorum vita et anima per quam pur-
gatur a superfluitatibus suis

Nun hett der Mercurius etc.

Declarat quod huius Mercurii vita
et anima credenda sit, corpus per Mer-
curium nulla est fixio, Lunae vero est,
tandem dum fixatur Spiritus ac spiritus
roborum; fieri etiam formae separari
artificio, ita ut Sulphuris sit ad praesentem
formam Lunae vitam ad partes.

Aber weiter Metalla drauß machen.

Hic meminit quomodo. Es sei Luna metalla seu ... sit. Videlicet non debere fieri separationem, sed mixtum universale, quod si quis habuerit, Arcanum incomparabile habebit. Sed tertio non utilem, solum sulphur ab eo separatum in medicina operatur mirabilia

Nun will ich anzeigen etc.

Aperit se non negare in scribere quod esse medicinae: Tamen id non esse quod in est metallis, contra in metallis non esse, sed quod in scribit: Ergo alter alterum adimit. Ut in libello sibi de administratione se tractaturum pollicetur

So weisst nun ihr wie etc.

Subtiliter disserit, cum in homine vitam duplicem, mortalem et immortalem, Mortalem et brevem vitam dicit Balsamum Microcosmi quod de conservatione mortalis constellationibus coeli et firmamenti ...

Ergo si mitigatur Balsamo Maioris
minuitur Per cum sulphur: autem moriatur
sanatur homo.

Ist die Kranckheitt In massa

Notandum si Infirmitas est in Massa corporis
sanetur per balsamum Externum, si vero
in Balsamo Hominis: per balsamum
Antimonij.

Dar nimb hatt das leben etc.

Balsamum Externum est spiritualis in
dicitur, a quibus non potest curari, Igitur
oportet ut habeas Balsamum corporalis
qui non alibi quaeritur in antimonio est positus
hic balsamum non purgat morbos, sed
Balsamum nostrum solum mundificat, et
sic deinde sanatur patiens. sic etiam
noster balsamus mundificatur morbum 15
Rueris expellit.

So die kranckheitt aber Interior etc.

Hoc sed observandum est, si morbus
esset in aliquo membro Principali, tunc

balsamus Antimonij. ferme tandeb est cum forme spiritus herbe, ad membrum pertinuit, q balsamum Antimonij tamen ~~dicun~~ duce membro in firme accomodi.

Liber 5.

In hoc Ultimo libro suo docet, quod licet sulphur praeparatum hoc eo medicinae sit bona; tamen si quis eo non recte utitur, nullius fit efficaciae, Causa est quia Stomachus noster illud digerere nequit, ergo hoc medicinam aliam fortificet, ut digestio fiat in terra, quemadmodum Paracelsus tractavit in libro suo de Tartaro

Commentarius.

Si quis ergo Antimonium primo p. 8j laudatum praeparaverit, Quumque ab illo extraxerit, extractum coagulaverit rotondum, ut coagulatum et fixatum, cum hoc eundo praeparatum, ... habeberis lapidem ad album, quibus scilicet gerendo, et hoc ad Metalla transmutanda

Si vero ad medicinam, coagulatum vel
siccatum, in balneo resolutum in aquam, ubi
oleum fiet cum sulphure supernatabit; finis.

De sublimatione ☿ij

Avicenna Dist: 1 Cap: 8.

Scias quod ☿ij sublimatur tribus modis: per fortitudinem ignis, alias per similem ipsum, alias per commixtionem

Per fortitud: ignis, distilationem,
Per similem ipsum congelationem,
Per com: dissolutionem.

Distinctione 6. cap: 14

Quando dico tibi ut accipias de plumbo ad solvendum, debes accipere sicut est incorporatum per sublimationem.

Aqua Salis habet, Animam, corpus et Spiritum,

Aqua habet potestatem si tinctura ad quam avolare sermo ~~[illegible]~~ durum anima et corpus

Sed si coagulari incipit, tunc solum cum anima recedit

Si vero commingitur aqua cum corpore tunc sola aqua recedit remanente anima cum corpore, et spiritu [illegible] in aqua

Plato

Solvite lapidem nostrum, et postea coagulate cum magna cautela, et habebitis quod est totum magisterium

Avicen: Dictione 6. cap: 11 fol 266

Sed vide, quia quando mittis corpus [illegible] ad induracionem [illegible] fit sine calore quia si calor abesset minime valeret opus tuum

Gebri: Lib: 3 Sum: perfection:
Cap 32

Vidimus praeterea in mineris aeris, a quibus emanabat aqua, secum adducens aeris squamas tenuissimas, ipsasque diu fluendo et continuo lapsu lavit et mundavit. Deinde vero aqua cessante fluere, vidimus cum sicca arena has squamas per triennium in solis calore decoqui, inter quas est in veritate aurum purissimum.

Fuxeanna[?] Dict: 6. fol 291.
Aqua lapidis intrat stannum

Idem in eod: fol: 303
Stellae[?] di Stella quae apparet cauti[?] ardore, sublimata donec figatur, et non descripit, scias satis styrax[?] de loco in alium saliens sicut liber[?] a posteriore ... corporis lunam ...

Notandu

Si lapis debet preparari particulari ratione, tunc propter abbreviationem artis, tantum fermentum aquae immergat debite calefactum, dimidio corpori affini sibi, coniungatur.

Arnold. Dist. 3. fol. 102

Aqua nostra est spiritus quia citissime debet intrare corpora —

Notandum

Coagula aquam magistrorum per Dracone fermento, et tam diu multiplica frigido cum donec bona pars aquae fugatur, et hoc igne lento ad 2 luna. Coagulatum aquam cum lapide magistrorum crescendo et habebit Lap: al:.

Si Dcoo at rubei, coagulatu
2uma, rubefica bene, et sic cum
lapidi crudo commiscebis, ut habeat
2ap: rub:
Et sic liberaberis a reiteratione
operis, nec amplius opus habebis aqua

Avicen Dul: 5 fol 140
Si habueris quid in corpore duro
non extinguitur si fix cum Terris
Terris aquae sit eo magis a cordibus
idem magis rubificabit

Nota

Secundum philosophorum haec sunt: quod
si de sulphure minus quam sit tertius
quum in alteria degreae non attinget
Perfectionem. sed erit salis plumbi
interstitiis erit Jovem vel Lunam vel
Venerem, erit Saturnum: quod experientia
docebit

Nota

Vapor aquae Chaos metalli sive
rectificat vel ad perfectionem per decoct
quia dum dissoluitur fit corpora metallis
imperfectorum

In nomine Dei Patris. filij.
et Spiritus sancti:

Accipiatur Lapis noster vilis, et ponatur
in olla rotunda instar globi, quae
supra ignem locetur conuenientem, statim
tamen ut materia in aquam soluatur:
regatur igne in illo sudore ac vaporatione
materia donec ascendat in coelum et iterum
descendat in terram: et sic minuendo
humiditatem cum signis coeli, donec varii
antea colores, qui vix nunquam in terra
reperiri possint vasi paulo aperto cruce usque
clarior! Demum albedo apparebit, tunc
subtus minimi ignis et super ponatur
ut vapores libentius descendant: quo
facto rubificabitur lapis. Finis.

Nota quod vere albo colori cum bene
fixo, ignis argenti tanctus est, ut
et Lunae habemus Soli, qua non
rubeus apparet color sed niger, virens,
deinde croceus, ultimo rubedo
verissima

Nota

Elixir ex Solis liquefit in aqua vel vino.
Ergo in vino datur patienti ad bibendum.

Dispositio

Lapis rubeus spiritualis comingitur
Soli naturali.
Sic lapis albus spiritus comingatur
Lunae naturali

et vertit in genus suum omnia metalla

Lapidis Multiplicatio fit.

Ut lapis perfectus ponatur in vas nobis notum, et fiat volatilis cum corpore nostro fixo, et iterum fixatur, hoc quotiens reiteratur eo maioris sortis tingit et transmutat: et sic augmentatur quam in qualitate tam in quantitate.

Avicenna


Lection 1. fol 45 pandit Mercurii et quiddam quomodo coquuntur.

Et in Port: Elemen: fol 2 fermentum Mercurii aperit

NB

Vero lapidi albo, aperi vitri vas quo fertur lapis, atque [illegible] dominus de novo obtinuit addendo materiam crudam, et operando et fiet lap: fluens et tingens si [illegible] fermentetur,

ad Solam aperiendo vas Calcinetur
in crucibulum ad siccitatem addatur
pars una sulphuris et fiat lapis rubeus: summus
super ignem, qui fundetur cum sole, etc.



In nomine Dei Patris
filij et Spiritus sancti Amen

Teratur subtiliter Margarita nostra
et ponatur in vas vitreum quod sit
nec longum nec latum, et locetur in Cine-
rem olla mediante. Deinde regatur calore
solis mensis Julij et materia dissolvatur
metallice, donec vapores ascendant et
descendant sicci et humidi, aqualis aqua
illa caelestis in terram usque ad colorem
capitis corvi, atque sic continuando ob-
structo vasi desiccatur materia et
totum hoc in albedinem Lunae trans-
mutabitur: quo viso amoveatur ab igni
alias albedo volatilis evanesceret
in auream, et esses vacuus a proposito,
Illo itaque sic peracto coagulabitur et figitur
albedo ad se retrahens volantes animas.
Mox vero iterum pone in igne cineris calci-
nando materiam usque fiat cinis rubeus

Deinde addatur Cineri de materia cruda et rigatur similibus irrigationibus ut a principio factum donec colores appareant successive, primo nigri deinde albi ultimo rubeus clarus optime splendens fusibilis ut sol et invisibilis: et habebis lapidem spiritualem: qui in decem horis perficitur:

Sed non ingreditur in corpora imperfecta nisi cum sole disponitur: sic deinde fit medicina super metalla transmutanda —

Augmentatio Lapidis

Ponatur lapis spiritualis in vas vitreum ut in operatione lapidis et addatur ei de corpore nostro non fixo, et regatur lento igni ut solis vase clauso usque ad complementum trium circulorum: quod tribus horis perficitur: Quidam volunt ut non spiritualis lapis reiteretur, sed lapis aureo cum fixatur operatio tua ducatur

De generatione Metallorum
ac lapides vilis phocum

Elevati vapores mercuriales in cavitatibus terrarum, inspissantur, ac longinquo sive diuturno tempore putrefiunt: quae scilicet putrefactio, si recedente calore infrigidatur, relinquuntur minera generis determinati.

De generatione ferri

Si vapores inspissati commisceantur mercurialis vaporibus extraneis a mercurio originem non ducentibus nimium terreis, tunc ferrum generatur.

De generatione Cupri

Si praedicti vapores minus commisceantur vaporibus terreis extraneis, coctione magis lenta et longiora, tunc cuprum generatur.

De generatione plumbi

Si vero adhuc minus de extraneis vaporibus terreusque fiat mistio, fueritque coctio calore minori, breviorique, fit inde plumbum

De generatione Stanni


Si adhuc eo minus obtinuerit vaporibus terrenis et extraneis vaporibus mercurialibus albus et fuerit coctio non magno calore, nec admodum longa, stannum proveniet

De generatione Argenti Vivi

Si adhuc minor fuerit mistio, et vaporibus terreis, sed superent vapores aquei, coctione nulla caloreque, erit Argentum Vivum

De Generationi Aquili

Si nil superuenerit de vaporibus vel terra
neis vel terreis vel aqueis



Nil aliud generatur ad perfectionem, quam quod seruetur nostrum sulphur in duplo fontis aquae, et suppleatur sub fimo dum permaneat ad 15 usque dies. Deinde coaguletur fiat, et seruetur in vitro bene clausum

Ista aqua est illa coelestis aqua philosophorum, de qua sunt locuti: quia illa primo mortificat metalla, deinde eadem vivificat et purgat donec ad perfectionem perducat

Operatio Solis est.

In Soli sic procedit: Ignitur Sol et extinguitur in ea, et hoc reiterando donec fluat ut plumbum, et fit rubicundissimum

In Luna. Ignita et extinguitur in ea donec fiat alba et dura; Indurata illam [illegible] rubeam [illegible] massam, quam [illegible] coctione fit quasi alba

Ipsa stella primo sic extincta in duriore, deinde lavetur donec albefiat, et postea [illegible] illis in Luna —

DEUM et Naturam nil agere frustra,
nō solum philosophi unanimiter, uerum
etiam ipsum Verbum DEI, quotidianaque
testatur experientia: DEUS namque Elementa
Sphærasque coelestes nō in eum condidit
finem, ut ea tantum ædificium quoddam
stupendum intueremur, sed ut potius e
inde concluderemus unum esse DEUM
horum omnium creatorem, per eadem in infe-
riora ~~feliciter~~ potentissime operantem.
Certum ~~enim~~ est persecutiones, dissensio-
nes in diuersis passim regionibus ortas
nō aliunde quam ex infaustis stellarum
configurationibus prouenire. Quare ut
de errantium motibus quid referam:
Raro fit planetam simul esse in domo sua
propria directumque, sed modo retrogradi:
Fiunt etiam planetæ interdum peregrini,
interdum combusti a Sole, interdum
in detrimento constituti, quorum Virtutes
de superis in inferiora operantur, similes
passiones generi humano imprimere solent

Sed quemadmodum illi et omnes stellae licet in una et eadem machina coeli: licet tamen in diversis Sphaeris situatae sunt, sic et Christi fideles per ygnem tribulationis pregnana rerum discrimina ad Creatorem nostrum pervenire oportet.

Deinde Rarum est ut omnes planetae in uno signo conveniant, cum quorumlibet cursus sit varijs, ita ut nunc dirigantur et ascendant in Epiciclo suo, nunc descendant ac retrogradantur de loco in locum tarde ut celeriter se recipiunt. Sed triplex coniunctionum genus reperitur, ut testantur Astrologi: et est minima quae quolibet mense contingit: ut congressus Lunae cum caeteris: sed hic quia crebro fit, non magni penditur. Sic tres inferiorum conveniunt cum superioribus in 780 diebus, et Jupiter cum Saturno et Jove in 433 diebus fere: 4 saturno in 7253 diebus, annorum videlicet 20, quae media dicitur coniunctio

Et Totales quae fiunt coniunctiones in 794 annis periodos suos absoluunt.

Congressus itaque omnium in uno signo, de quo supra notatum, quae rarius fit, i doo mil[le] efficae: Anno namque 1524 fuit coniunc[tio] planetarum in signo piscium a quinto die videlicet februarij usque ad vigesimum octauum eiusdem mensis: Martis et Jouis cum Saturno quinta die mensis iam dicti: Saturni cum Venere die decima; Jouis cum Venere die undecima: Martis cum Venere decima sexta: Mercurij cum Sole vigesima prima: Jouis cum Sole vigesima quinta: Mar[tis] cum Mercurio vigesimo octauo: quor[um] tam horrendae constellationes, horrendos etiam secum ferebant effectus, ut aquar[um] inundationes, bellorum motus, regnorum mutationes magnas, etiamsi per annos successiones, quemadmodum scripsit frat[er] seditionem eo tempore etc. non exiguam pragae ortam contra videlicet senatum ea scilicet ob causam, quod Monacturi

quendam, et monasterio ad S. Stephani eiecto, exturbassent.

Romae Monetarii quid egerunt, plurimis est notum.

Cives quoque Neapolitani ob inquisitionem contra caesarem moti, quendam ingentem non sine sanguinis effusione reddere coacti sunt.

Deinde effluxis annis tribus visus est Cometes terribilis: cuius effectu, bella multum letifera, fames, ac morborum varia genera subsecuta sunt, ita ut Venetiae aliquot millia hominum peste correpti ~~sunt perierunt~~.

Suetia ob religionem bella movet: Vienna a Turcis obsidione cingitur: Noriberga fame premitur: peste per diversa loca grassatur.

Posthac itaque antiquam decimus complectitur annis quatuor Cometae conspecti sunt in caelo, quorum effectus omnes conscribere longum esset.

Anno 1583 similis fuerunt Syzigia:
in eodem signo piscium, ubi eadem
fere qualitas comperta est quae de aquis
inundationibus tam alijs rerum casibus
comperta est: nimirum quod eodem
anno cometa ut in priori commentis
sua ortus sit.

Anno 1584 Stuelgardia ob fulminis
jaculum 270 domorum amittit.

Sequenti anno Constantinopoli ob
multum seditiosos milites quosdam,
duodecim millia aedium igne dissolutam

Anno 1586 Hardelbergi a fulgore
flammifero, pulveris interarius sive
tormentariae accensus igni ineffabili
damnum civibus intulit: Ex quo patet
manifeste, collisionem planetarum
sine damno ingenti vix esse posse.

Quare operae pretium esse censuisset de
Synodo modierno quoque tempore, in
signo Sagittarij praeacto, disseram.

Anno 1603, a die primo Decembris
usque ad vigesimum secundum diem eiusdem
omnes planetae maximo exemplo in
Sagitario conveniebant: ut

Saturnus cum Venere et Jove primo
die dicti mensis,
Luna cum Saturno die secundo.
Mercurius cum Sole die quinto.
Venus cum Mercurio die sexto.
Sol cum Venere decimo quinto die.
Juppiter cum Mercurio decima sexta
Saturnus cum Jove vigesima die.
Mercurius cum Saturno vigesima secunda die
Et licet Mars hoc tempore tanquam absens
cum aliis minus consentire videbatur:
tamen Anno sequenti in eodem signo superioribus
orbis coniungitur: videlicet Saturno
vigesima quinta die Septembris:
Jovi octavo die Octobris: qui constellatio
cum caeteris non dissentiens,
dissidia ac locorum desolationes varias
designabat.

Notandū etiam est, quod cum
Vngaria, sub Sagittario a plerisq
Astrologorū ponatur, sequitur eam
prae caeteris mundi regionibq, de
effectibus terribilibus huius constellationis
sentire quotaniss.

Considerandū igitur, utrum talis inclinat.
Vngariae nostrae fuit obnoxia? Mult.
certe: quod libet nostrū namq fateri pote
quam ingentes opum suae amissiones,
tribulationes anxietates variasq per-
cussiones perpessus fuit

Cum vero ut in antecedentibus conimus
vidimus, die vigesimo quinto Septembris
huius anni currentis 1607 Cometes
se se nobis obtulit, in principio Virginis,
in quo Luna videlicet in duodecimo
gradu Virginis eclipsata erat: qui
dicta sua motione signo celeriter uno
incitur, ita ut in spatio decem dierum
signum unum cum dimidio absolveret
a septentrione versus meridiem de-
clinando: de quibus ~~[illegible]~~ pontanus


Vent

Ventorũ q̃q; certa dabunt tibi signa com
Illi etiam belli motus, fera q; arma minantur
Magnorũ et Clades populorũ Afrinea regũ
Vt enim seu coeli occasũ, seu solis ad ortum
Extulerint caput in facibus, et crine minaci
Horrendum, latè impleverint terroribus urbes,
Si steterint, certoq; loco vestigia figent
Finitimi bella in vadent, civilia q; arma
Foedabunt socias cognato sanguine dextra
Sin ortum tendent versus, peregrina mo
Bella scias, hostemq; extremis afforo ab oris ~~nes~~

De duratione horum omnium, quae
et praeterita ac futura sunt, Scripsit
Christianus Pyelaris Hallensis, si sic
in Septimum annum usq; retundi efficit:
quod, ab exemplis se expertũ esse dixerit.

Dnis —


DEUS Omnipotens ac omnium rerum Creator, et Pater Jesu Christi salvatoris nostri, propter Unigenitum filium suum, nobis miserere, in eiusdemque iram suam, ob peccata ingentia nostra, avertere a nobis, nosque in hac patria nostra servare, a malis semper persecutionibus, bellis, seditionibus, peste et fame, morte subitanea, et omni malo defendere et liberare digneris, per Jesum Christum dominum, et Salvatorem et mediatorem nostrum Amen



Alexire est lapis noster albus occultus et rectificatus, vinum oleum seu aqua celestis.

Lapis philosophorum est fermentum solutum in aqua predicta, deinde coniunctum cum corpore minori, et iterum solutum.

Corpus minus est unum ex corporibus metallicis



Granum Hordej in aquam proiectum mollificatur, sed nō germinat nisi recipiatur et alimentū capiat, quo se ipsum sustineat donec de potentia ducatur in actum ..

Sic granum aurj, in mercurium proiectum mollificatur, sed nō greminat, nisi recipiatur et alimentū capiat, donec de potentia ducat in actum.

Aqua est Clavis quia terrā aperit, quo reserata alimentū Grano praebere possit

Sic Mercurij siu Argentū Vivum est Clavis, Secretum philosophic laxans quo aurej alimentum administrare possit

Terra sic relaxata tale alimentum dat Grano ut id per minima granorum misceatur: quo facto illud greminando uno unum mille granorū producat

Sic Sacretum resreatum tali dat amico alimentum ut deinde se ipsum in tantum multiplicat ut 100 vel mille partium producat

Conclusio

Aqua [illegible] est Clavis terra aperiens terra aperta [illegible] Clavis granum aperiendo grani, id producit de potentia in actum, ut [illegible] fat Stipula deinde Spica, ultimo granum

Sic Aqua [illegible] vivens est Clavis Secretum aperiens: Secretum apertum fit Clavis aurum aperiendo grani id de potentia ducat in actum. Ut primo fat generat in gradu deinde rubedo, deinde albedo deinde Citrinus Color ultimo

Lapis philosophorum

Von eines Uhr stabs

Tayl ein schönen gehobelten stab in
6 gleicher Theil, der nach ein Jeder
Theil In 14 haubt Punkten, und wie volgt

Wiltu wissen wie die erste mess ist Im
1 stab Zele von dem ersten Theil, nimm
Punkten und 12 minuten, heist die erste m

Die ander mess zu finden, Zele von dem
2 ersten Theil 7 Punkten und 13 minuten

Die dritte mess: Zele von dem ersten Theill
3 Zele von dem ersten Theil 12 Punkt und
10 minuten, das ist die 3 mess

Die vierte mess: Zele von dem andern
4 Theil 3 Punkten und 4 minuten

Die funffte mess: Zele von dem andern Theil
5 6 Punkt, und 38 minuten.


Die sechste mess: Zele von dem andern
6 Theil 10 Punkten und 11 minuten

7. Die sibende meß: Zele vo, dem
andern Theil 13 Punct und 45 mi:

8. Die achte meß: Zele vo, dem dritten
Theil 2 Puncten und 28 min:


9 Die Neunte meß: Zele vo, dem dritten
Theil 5 Punct und 11 min:


Corpus imperfectu[m] assetur cu[m] suo sulphur[e]
donec fiat duru[m]; deinde fundatur
cum suo compari no[n] fixo, per scilicet
medium Ingniefactionis: quo viso cito
amoueatur ab igne fundendo in
cariam frigidam



Miserere mei Deus

Mortaliū miserias quib⁹ miseri ess.
variat alvo [illegible]. Matris concept⁹
mox maledicti peccatorum
Quia fecimus digna. Hic
morborum tot gravamina




70
O. F.-

78
1:10
8 5 10

2 17
4 50 A

